



Smithsonian Institution  
Libraries




GIFT OF  
*Marcia Brady Tucker*













vaernewyck













*Deus et Gratia per J. N. Martini, Typographum de M<sup>o</sup> de Dno. A. la Rochelle, et J. P. Equier.*



# ORNITHOLOGIA

SIVE

## SYNOPSIS METHODICA

SISTENS AVIUM DIVISIONEM IN ORDINES,  
Sectiones, Genera, Species, ipsarumque Varietates.

*CUM ACCURATA CUJUSQUE SPECIEI  
descriptione, Citationibus Auctorum de iis tractantium,  
Nominibus eis ab ipsis & Nationibus impositis, Nomi-  
nibusque vulgaribus.*

A D. BRISSON, Regiæ Scientiarum Academiae Socio.

*Opus Figuris æneis adornatum.*

VOLUMEN VI.



PARISIIS,

*AD RIPAM AUGUSTINORUM,*

Apud CL. JOANNEM-BAPTISTAM BAUCHE, Bibliopolam,  
ad Insigne S<sup>æ</sup>. Genovesæ, & S<sup>i</sup>. Joannis in Deferto.

---

M. DCC. LX.

*CUM APPROBATIONE, ET PRIVILEGIO REGIS.*

1813  
C. R. M. C.

# ORNITHOLOGIE

O U

## M É T H O D E

CONTENANT LA DIVISION DES OISEAUX  
en Ordres, Sections, Genres, Espèces & leurs Variétés.

*A LAQUELLE ON A JOINT UNE DESCRIPTION  
exacte de chaque Espèce, avec les Citations des Auteurs  
qui en ont traité, les Noms qu'ils leur ont donnés, ceux  
que leur ont donnés les différentes Nations, & les Noms  
vulgaires.*

Par M. BRISSON, de l'Académie Royale des Sciences.

*Ouvrage enrichi de Figures en taille-douce.*

T O M E V I.



A P A R I S,

QUAY DES AUGUSTINS,

Chez CL. JEAN-BAPTISTE BAUCHE, Libraire, à l'Image Sainte  
Geneviève & S. Jean dans le Désert.

---

M. DCC. LX.

AVEC APPROBATION, ET PRIVILEGE DU ROI.







REGNUM            LE REGNE  
 ANIMALE.        ANIMAL.  
 CLASSIS III.        CLASSE III.  
 ORDO XVIII.      ORDRE XVIII.  
 AVES                LES OISEAUX

*Digitis quatuor, tribus anticis, uno postico, per totam longitudinem auctis membranis fissis, præditæ.*

*Qui ont quatre doigts, trois devant, un derrière, garnis dans toute leur longueur de membranes fendues.*

**H**UJUS Ordinis Avium aliæ digitis donantur membranibus simplicibus auctis; alteræ digitis membranibus emarginatis auctis præditæ sunt. In duas sectiones illas dividimus: prima continet eas quarum digiti membranibus simplicibus obsiti sunt (*vide Vol. I. Tab. III. fig. 1*), ut  
 Tom. VI,

**P**ARMI les Oiseaux de cet Ordre, les uns ont les doigts garnis de membranes simples; & les autres les ont garnis de membranes festonnées. Ils se divisent en deux sections: dans la première sont ceux dont les doigts sont garnis de membranes simples (*voyez Tome I. Pl. III. fig. 1*); comme la Poule-d'eau: & dans  
 A

2 LE REGNE ANIMAL.

la seconde ceux dont les doigts sont garnis de membranes festonnées (voyez Tome I. Pl. III. fig. 2), comme le Phalarope, la Foulque.

*Gallinula*: secunda illas quarum digiti membranis emarginatis præditi sunt (vide Vol. I. Tab. III. fig. 2), ut *Phalaropus*, *Fulica*.

SECTION I.

SECTIO I.

*Ceux dont les doigts sont garnis de membranes simples.*

*Ex quarum digiti membranis simplicibus obsiti sunt.*

**I**L n'y a dans cette section qu'un seul genre, qui est celui de la *Poule-d'eau*.

**I**N illa sectione unicum continetur genus, scilicet *Gallinulæ*.

Tous les Oiseaux de ce genre ont le bec droit & pointu.

Omnes hujus generis Alites rostro donantur recto, acuto.

LXXXVIII.

LXXXVIII.

*Genre de la Poule-d'eau.*

*Genus Gallinulæ.*

Son caractère est d'avoir quatre doigts, trois devant, un derrière, garnis dans toute leur longueur de membranes fendues & simples: Le bec droit & pointu.

Hujus character est Digiti quatuor, tres anticæ, posticus unus, per totam longitudinem membranis fissis, simplicibus aucti. Rostrum rectum, acutum.

Tous les Oiseaux de ce genre ont le corps comprimé par les côtés; & la partie inférieure des jambes dégarinée de plumes. Leur sinciput est aussi dégariné de plumes, & couvert seulement d'une membrane fort épaisse.

Omnium hujus generis Avium corpus est lateraliter compressum, & crura in parte inferiore plumis denudantur. Ipsarum sinciput plumis est similiter denudatum, & solummodo crassissimâ membranâ obductum.

DSI

\*\* I. LA POULE-D'EAU.

*Voyez Pl. I. le mâle Fig. 1, & la femelle Fig. 2.*

Gallinula superne fusco - olivacea, infernè saturatè cinerea, marginibus pennarum albis; membranâ in syncipite saturatè rubrâ; capite, collo & pectore nigricantibus; marginibus alarum candidis; rectricibus saturatè fuscis; cruribus taniâ rubrâ circumdatis . . . . GALLINULA.

Gallinula Chloropus nostra major. *Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 449. hujus icon non satis accurata pag. 450.*

Gallinula Chloropus. *Charlet. Exer. pag. 112. N°. 1.*

*Charlet. Onomazt. pag. 107. N°. 1.*

Gallinula Chloropus major. *Jonst. Avi. pag. 109. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. 31, sub titulo, Gallinula aquatica.*

Gallinula Chloropus major Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag. 233. hujus icon pessima Tab. LVIII.*

*Raj. Syn. Avi. pag. 113. N°. A. 1.*

*Raj. Syn. Avi. pag. 190. N°. 15.*

*Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 19.*

Gallinula Chloropus major Aldrovandi, Willugbeyi. *Sloane. Voy. of Jamaic. pag. 320. N°. XV.*

Chloropus major Aldrovandi. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag. 371.*

Fulica fronte calva, corpore nigro, digitis simplicibus. Chloropus. *Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 82. sp. 2.*

Fulica major pulla, fronte cera coccinea, oblongo-quadrata glabra obducta, membrana digitorum angustissima. *Browne. Nat. Hist. of Jamaic. pag. 479.*

Rallus aquaticus noster. *Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 19.*

Poule d'eau ou Fulica Chloropus. *Feuillée. Journ. des Obs. phys. pag. 393. (ed. 1725).*

Grande Poule d'eau ou de marais. *Alb. Tom. II. pag. 46; avec une figure mal coloriée du mâle Pl. 72.*

Poule de Marais. *Alb. Tom. III. pag. 38; avec une figure mal coloriée de la femelle Pl. 91.*

*Les Allemands l'appellent ROHTBLASCHEN. Rzac.*

*Les Polonois, KOKOSSKA. Rzac.*

*Les Anglois, COMMON WATER-HEN. Willugh. Raj. Sibbald. MORE-HEN. Willugh. Raj. Alb. MOOR-HEN. Charlet.*

*Les Anglois de la Jamaïque, COOT. Sloane. RED-FACED COOTE Browne.*

*Les Habitans de l'Isle S. Thomas, WATER-COUDE. Feuillée.*

## 4 LE REGNE ANIMAL.

Elle est à peu près de la grosseur d'une *petite Poule*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de douze pouces trois lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatorze pouces six lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a quatorze lignes & demie de long ; sa queue deux pouces neuf lignes ; la partie de ses jambes qui est dégarnie de plumes, sept lignes & demie ; son pied un pouce huit lignes ; celui du milieu de trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, deux pouces neuf lignes, l'extérieur deux pouces quatre lignes, l'intérieur deux pouces une ligne & demie ; & celui de derrière treize lignes. Les membranes dont ses doigts sont garnis, n'ont guères qu'une ligne de largeur de part & d'autre. Elle a un pied sept pouces de vol ; & ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent environ jusqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. La tête, la gorge, le col & la poitrine sont noirâtres. Le ventre, le haut des jambes & les côtés sont d'un cendré très-foncé, chaque plume étant bordée de blanc par le bout : cette dernière couleur est cependant fort peu apparente, excepté au bas-

Cum *Gallina minore* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo ab apice rostri ad caudam extremam duodecim pollices & tres lineas æquat, & ad extremos unguis quatuordecim pollices & sex lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quatuordecim cum semi lineas longum est ; cauda duos pollices & novem lineas ; pars crurum plumis denudata septem cum semi lineas ; pes unum pollicem cum octo lineis ; trium digitorum anticorum medius cum ungue duos pollices & novem lineas, extimus duos pollices cum quatuor lineis, intimus duos pollices & sesquilineam ; posticus autem tredecim lineas. Membranae quibus digiti obfiti sunt, non multum ultra lineam unius latitudinem utrinque obtinent. Alis expansis, extremitates majorum remigum unius pedis & septem pollicum intervallo distant ; alae verò complicatae ad duas circiter tertias longitudinis caudae partes extenduntur. Caput, guttur, collum, pectusque nigricant. Ventrem, crurum partem supremam & latera vestiunt pennae saturatissimo cinereo imbutae ; albo in apice marginatae ;

quæ tamen albedo, si ventrem infimum excipias, est minimè conspicua. Præterea in lateribus longiusculæ extant pennæ exterius latâ, longâque maculâ candidâ, secundum ipsarum scapi longitudinem ductâ, notatæ. Dorsum, uropygium, pennæ scapulares, alas superne cooperientes & superiores caudæ tectrices sunt fusco-olivaceæ. Ex pennis caudam subtus obtegentibus, quæ medium locum occupant, sunt nigræ; quæ ad latera collocantur, candidæ. Inferiores alarum tectrices saturatè cinereæ, albo fimbriatæ. Alarum margines ab ipsarum exortu ad extremitatem usque similiter albæ. Remiges sunt superne splendide fuscæ, subtus cinereo-fuscæ: prior insuper exterius niveo candore marginatur. Caudam componunt duodecim rectrices splendidissimè saturatè fuscæ. Binæ intermediæ lateralium longitudinem paululùm excedunt; laterales autem sensim atque sensim longitudine minuuntur ad utrinque extimam usque breviorè. Oculorum irides rubræ. Synciput plumis est denudatum, & crassissimâ membranâ saturatè

ventre. Il y a de plus sur les côtés d'assez longues plumes marquées sur leur côté extérieur d'une large & longue tache blanche, qui s'étend selon la longueur de leur tige. Le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont d'un brun-olivâtre. Parmi les couvertures du dessous de la queue, celles qui occupent le milieu, sont noires; celles qui sont sur les côtés, sont blanches. Les couvertures du dessous des aîles sont d'un cendré foncé, & bordées de blanc. Le bord de l'aîle, depuis son origine jusqu'à son extrémité, est de cette dernière couleur. Les plumes de l'aîle sont d'un brun brillant en-dessus, & d'un cendré-brun en-dessous: de plus la première est bordée extérieurement d'un blanc de neige. La queue est composée de douze plumes d'un brun foncé très-brillant. Les deux du milieu sont un peu plus longues que les latérales, qui vont toutes en diminuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté, qui est la plus courte. L'iris des yeux est rouge. Le synciput est dégarni de plumes, & couvert d'une membrane fort épaisse d'un rouge

foncé. Le bec est de la même couleur, excepté son bout, qui est d'un verd-d'olive tirant sur le jaune. Les jambes, à l'endroit où elles commencent à être dégarnies de plumes, sont entourées d'une petite bande rouge, d'environ deux lignes de largeur. Le reste de la partie des jambes qui est dégarnie de plumes, les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, sont verdâtres; & les ongles d'un verdâtre rembruni.

La femelle est un peu plus petite que le mâle. Elle en diffère encore en ce que ses couleurs sont plus claires, que la bordure blanche des plumes du ventre est plus apparente, & que sa gorge est blanche. Du reste elle lui ressemble parfaitement.

On les trouve dans les rivières & les étangs. Elles font leur nid dans les broussailles qui se trouvent sur leurs bords. Leurs œufs sont d'un blanc-verdâtre, varié de taches de rouge-brun. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

rubrâ obductum. Rostrum quoque saturatè rubrum, in extremitate tamen viridi-olivaceum, ad flavum inclinans. Crura, eo in loco in quo pennis primùm denudantur, exiguâ circumdantur taniâ rubrâ, duarum circiter linearum latitudinem obtinente. Crurum reliqua pars plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, viridescunt; ungues verò ex viridescente fulcescunt.

*Fœmina paululùm mari crassitie cedit. Ab illo quoque discrepat coloribus in toto corpore dilutioribus, pennis ventris margine albâ magis conspicuâ præditis, & gutture candido. In reliquis cum illo perfectè convenit.*

Flumina & stagna frequentant. In fruticibus juxta ipsorum ripas provenienti-bus nidificant. Ova ponunt ex albo viridescencia, maculis rubro-fuscis varia. *Ex museo Realmuriano.*

## \*\* 2. LA PETITE POULE-D'EAU.

Gallinula superne fusco-olivacea, infernè cinerea, marginibus pennarum albis; membranâ in syncipite flavo-olivaceâ; collo inferiorè saturatè cinereo, ad olivaceum vergente;



LES OISEAUX, *Classe III. Ordre XVIII.* 7

marginibus alarum candidis; rectricibus decem intermediis fusco-olivaceis, utrinque extimâ candidâ . . . GALLINULA MINOR.

Gallinula alia Chloropus Fulicæ similis Bellonii. *Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 496. hujus icon à Bellonio mutuata pag. 497.*

Gallinula alia Chloropus Fulicæ similis Bellonii, Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag. 234.*

Gallinula Chloropus alia. *Jonst. Avi. pag. 111.*

Rallus. *Gesn. icon. Avi. pag. 90, in qua hujus icon pessima.*

Rallus Itatorum. *Gesn. Avi. pag. 392, in qua eadem icon.*

*Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 98.*

*Jonst. Avi. pag. 99.*

*Charlet. Exer. pag. 107. N<sup>o</sup>. 2.*

*Charlet. Onomazt. pag. 101. N<sup>o</sup>. 2.*

Rallus Itatorum Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag. 238.*

*Raj. Syn. Avi. pag. 116. N<sup>o</sup>. 15.*

Poulette d'eau. *Bel. Hist. nat. des Ois. pag. 211; avec une mauvaise figure pag. 212.*

Poulette d'eau ou bien Rasle grand. *Bel. Portr. d'Ois. pag. 48 b, dans laquelle est la même figure.*

*Les Italiens l'appellent PULLON. Bel.*

*Les Allemands, WELSCH; WASSER HOUN. Gesn.*

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipsi longitudo ab apice rostri ad caudam extremam unum pedem explet, & ad extremos unguis quatuordecim pollices & tres lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque unum pollicem longum est; cauda duos pollices & sex lineas; pars crurum plumis denudata septem lineas; pes unum pollicem cum octo lineis; trium digitorum anticorum medius cum ungue duos pollices & sex lineas, extimus duos pollices

Elle n'est pas tout-à-fait si grosse que la précédente. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'un pied, & jusqu'à celui des ongles de quatorze pouces trois lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a un pouce de long; sa queue deux pouces six lignes; la partie de ses jambes qui est dé-garnie de plumes, sept lignes; son pied un pouce huit lignes; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, deux pouces six lignes, l'extérieur deux pouces deux lignes,

l'intérieur deux pouces; & celui de derriere onze lignes & demie. Les membranes dont ses doigts sont garnis, n'ont guères qu'une ligne de largeur de part & d'autre. Elle a un pied sept pouces de vol; & ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent environ jusqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. La tête, la partie supérieure du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des ailes & celles du dessus de la queue sont d'un brun-olivâtre. La gorge & la partie inférieure du col sont d'un cendré-foncé, tirant un peu sur l'olive. La poitrine, le ventre, le haut des jambes & les côtés sont cendrés, chaque plume étant bordée de blanc par le bout. Les couvertures du dessous de la queue sont noires. Celles du dessous des ailes sont cendrées, & bordées de blanc. Le bord de l'aile, au-dessous du pli qui répond à celui du poignet, est de cette dernière couleur. Les plumes de l'aile sont d'un brun-noirâtre en-dessus, & d'un cendré-brun en-dessous: de plus la première est bordée extérieurement d'un blanc de neige. La queue est composée de douze plumes: les dix du milieu sont d'un brun-olivâtre: la

cum totidem lineis, intus duos pollices; posticus autem undecim cum semi lineas. Membranæ quibus digiti obfisi sunt, non multum ultra lineæ unius latitudinem utrinque obtinent. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est unius pedis & septem pollicum; alæ verò complicatæ ad duas circiter tertias longitudinis caudæ partes extenduntur. Caput, pars colli superior, dorsum, uropygium, pennæ scapulares, quæ alas superne obtegunt, superioresque caudæ rectrices sunt fusco-olivaceæ. Guttur & collum inferius saturatè cinerea, nonnihil ad olivaceum vergentia. Pectus, ventrem, crurum partem supremam & latera vestiunt pennæ cinereæ, albo in apice marginatæ. Inferiores caudæ rectrices sunt nigrae. Pennæ alas subtus obtegentes cinereæ, albo fimbriatæ. Alarum margines, infra articulum carpo humano respondentem, candidæ. Remiges superne fusco-nigricantes, subtus cinereo-fuscæ: prior insuper exteriùs niveo candore marginatur. Duodecim rectricibus cauda constat: decem intermediæ sunt fusco-olivaceæ: utrinque

LES OISEAUX, *Classe III. Ordre XVIII.* 9

utrinque extima candida. Binæ rectrices intermediae lateraliū longitudinem nonnihil antecellunt; laterales verò sensim atque sensim longitudine minuuntur ad utrinque extimam usque breviorē. Oculorum irides rubræ: palpebræ candidæ. Synciput plumis denudatur, & crassissimâ obducitur membranâ flavo-olivaceâ. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, viridi-olivacei; ungues concolores quidem, sed nonnihil fuscescentes. Flumina & piscinas frequentant. *Ex museo Realmuriano.*

plus extérieure de chaque côté est blanche. Les deux plumes du milieu de la queue sont un peu plus longues que les latérales, qui vont toutes en diminuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté qui est la plus courte. L'iris des yeux est rouge: les paupières sont blanches. Le synciput est dégarni de plumes; & couvert d'une membrane fort épaisse d'un jaune-olivâtre. Le bec, la partie des jambes qui est dégarnie de plumes, les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, sont d'un verd-d'olive; les ongles sont d'une couleur un peu plus rembrunie. On la trouve dans les rivières & les étangs. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

3. LA GRANDE POULE-D'EAU.

Gallinula superne castanea, infernè obscurè cinerea; marginibus pennarum albis; membranâ in syncipite flavicante; capite & collo nigricantibus; imo ventre albo; rectricibus decem intermediis castaneis, utrinque extimâ candidâ....  
GALLINULA MAJOR.

Gallinula Chloropus altera. *Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 449. hujus icon non satis accurata pag. 451.*

Gallinula Chloropus altera. *Jonst. Avi. pag. 109. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. 31.*

Gallinula Chloropus altera Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag. 233. Raj. Syn. Avi. pag. 114. N<sup>o</sup>. 3.*

*Klein. Avi. pag. 103. N<sup>o</sup>. 2.*

Chloropus altera Avis Aldrovandi, seu Gallinula Chloropus. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag. 371.*


*Tom. VI.*

B

*Les Boulonnois l'appellent PORZANA. Aldrov. Jonst.*

Elle est beaucoup plus grosse que les précédentes. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est presque de dix-huit pouces. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a deux pouces de long. La tête, la gorge & le col sont noirâtres. Le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont de couleur de marron. La poitrine, le haut du ventre & des côtés sont d'un cendré obscur, chaque plume étant bordée de blanc par le bout. Le bas-ventre & le bas des côtés sont blancs, ainsi que les couvertures du dessous de la queue. Le haut des jambes est couvert de plumes cendrées & marquées de petites lignes transversales blanches, peu distinctes les unes des autres. Les plumes de l'aîle sont de couleur de marron. La queue est composée de douze plumes : les dix du milieu sont de la même couleur que celles de l'aîle : la plus extérieure de chaque côté est blanche. Les deux plumes du milieu de la queue sont un peu plus longues que les latérales, qui vont toutes en dimi-


Præcedentes crassitie multum antecellit. Ipsi longitudo ab apice rostri ad caudam extremam octodecim ferè pollicès explet. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque duos pollices longum est. Caput, guttur, collumque nigricant. Dorsum, uropygium, pennæ scapulares, alas superne vestientes, superioresque caudæ rectrices castaneo colore tinguntur. Pectus, ventrem supremum, laterumque partem supremam obtegunt pennæ obscurè cinereæ, albo in apice marginatæ. Venter imus, laterum infima pars, inferioresque caudæ rectrices albicant. Crurum partem supremam cooperiunt pennæ cinereæ, lineolis transversis albis, leviter distinctis, insignitæ. Alarum remiges castaneo colore imbutæ. Caudam componunt duodecim rectrices, quarum decem intermediæ remigibus concolores : utrinque extrema candida. Binæ rectrices intermediæ lateralium longitudinem paululum superant ; laterales verò sensim atque sensim longitudine minuuntur ad utrinque



2. Poule-d'eau, femelle.







Desiné et Gravé par Martinet.

1. Poule - d'eau, mâle.

2. Poule - d'eau, femelle.



LES OISEAUX, *Classe III. Ordre XVIII.* 11

extimam usque breviorum. Synciput plumis est nudatum, & crassissimâ membranâ flavicante obductum. Mandibula superior in exortu flavicans, in reliqua longitudine nigra; mandibula inferior per totam longitudinem flavicat. Pars crurum plumis nudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranâ, virides; ungues verò fusco-viridescentes.

*Fœmina à mâle discrepat coloribus in toto corpore dilutioribus.*

Habitant in *Italia* circa *Bononiam*.

nuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté, qui est la plus courte. Le synciput est dégarni de plumes, & couvert d'une membrane jaunâtre fort épaisse. Le demi-bec supérieur est jaunâtre à son origine, & noir dans le reste de sa longueur; le demi-bec inférieur est entièrement jaunâtre. La partie des jambes qui est dégarnie de plumes, les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, sont verts; & les ongles d'un brun-verdâtre.

La femelle diffère du mâle en ce que ses couleurs sont plus claires.

On les trouve en *Italie* aux environs de *Bologne*.

SECTIO II.

*Ex quarum digiti membranis emarginatis obsiti sunt.*

**D**UO in illa sectione continentur genera Avium, formâ rostri à se invicem discrepantium. Aliæ enim rostro donantur gracili, recto; in istis autem mandibula superior versùs apicem deorsum inflexa est, ut *Phalaropus*: aliæ rostrum habent conicum, lateraliter compressum, ut *Fulica*.

SECTION II.

*Ceux dont les doigts sont garnis de membranes festonnées.*

**C**ETTE section contient deux genres d'Oiseaux, qui se distinguent entr'eux par la forme du bec. Les uns ont le bec menu & droit; & ceux-là ont ordinairement la mandibule supérieure courbée en en-bas vers le bout, comme le *Phalarope*: les autres ont le bec en cône applati par les côtés, comme la *Foulque*.

*Genre du Phalarope. (1).*

Son caractère est d'avoir  
Quatre doigts , trois devant ,  
un derrière , garnis dans toute  
leur longueur de membranes  
fendues & festonnées :  
Le bec menu & droit ; la mandibule  
supérieure courbée en  
en-bas vers le bout.

Tous les Oiseaux de ce genre  
ont la partie inférieure des jambes  
dégarnie de plumes. Dans  
quelques espèces la courbure  
du bout du demi-bec supérieur  
est fort peu apparente.

(1) *Phalarope*, nom que j'ai donné aux  
Oiseaux de ce genre à cause de la ressem-  
blance de leurs pieds avec ceux de la *Foul-  
que*, nommée en grec *Φαλαρίς*.

*Genus Phalaropi. (1).*

Hujus character est  
Digiti quatuor, tres antici,  
posticus unus, per totam  
longitudinem membranis  
fissis, emarginatis aucti :  
Rostrum gracile, rectum ;  
mandibula superior versum  
apicem deorsum inflexa.

Omnium hujus generis  
Avium crura in parte infe-  
riore plumis denudantur. In  
quibusdam speciebus man-  
dibula superior est minimè  
ad apicem inflexa.

(1) *Phalaropus*, nomen Avibus hu-  
jus generis à me inditum ob similitu-  
dinem ipsorum pedum cum pedibus  
*Fulicæ*, græcè *Φαλαρίς* vocatæ.

## I. LE PHALAROPE.

*Phalaropus superne cinereo-cœrulescens, pennis in medio  
nigricantibus, infernè albus; vertice nigricante; tæniâ in  
alis transversâ candidâ; rectricibus nigricantibus, dilutè  
cinereo fimbriatis . . . . PHALAROPUS.*

*Tringa gris de fer, au pied de Poule d'eau, espèce de Bécassine  
Edwards. Glanur. Tom. II. pag. 206. Chap. XCVIII; avec une figure  
exacte Pl. 308.*

*Snipe or Tringa. Philos. Transf. Vol. L. pag. 255. hujus icon satis accu-  
rata Tab. VI.*

*Les Anglois l'appellent GREY COOT-FOOTED TRINGA. Edwards. Philos.  
Transf.*

Il n'est pas tout-à-fait si gros que le *Râte d'eau*. Sa longueur  
*Rallo aquatico paululùm* crassitie cedit. Ipsiùs longi-



tudo ab apice rostri ad caudam extremam octo circiter pollices æquat, & ad extremos unguis eandem circiter mensuram obtinet. Rostrium ab ipsius apice ad oris angulos usque decem cum semi lineas longum est, cauda unum pollicem cum novem lineis; pars crurum plumis denudata quinque lineas; pes undecim lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue undecim cum semi lineas, extimus novem lineas, intimus octo lineas; posticus autem binas cum semi lineas tantum. Membranæ quibus digiti tres antici obsiti sunt, in plures lobos utrinque dividuntur: membranæ digiti scilicet interioris in duos dividuntur lobos; digiti medii in tres; & digiti exterioris in quatuor. Inter lobos istos, majores lineam unicam latitudine non excedunt. Omnes sunt in marginibus exquisitè denticulati. Alæ complicatæ extremitatem caudæ pertinent. Vertex capitis nigricat. Caput anteriùs & ad latera, guttur, pars colli inferior, pectus, venter, latera, crurum suprema pars, tectricesque caudæ superiores & inferiores albescent. Pars

depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ huit pouces, & jusqu'à celui des ongles elle est à peu près de la même mesure. Son bec depuis son bout jusqu'aux coins de la bouche a dix lignes & demie de long; sa queue un pouce neuf lignes; la partie de ses jambes qui est dégarinée de plumes, cinq lignes; son pied onze lignes; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, onze lignes & demie, l'extérieur neuf lignes, l'intérieur huit lignes; & celui de derrière deux lignes & demie seulement. Les membranes dont les trois doigts antérieurs sont garnis, sont divisées de part & d'autre en plusieurs lobes: celles du doigt intérieur le sont en deux; celles du doigt du milieu en trois; & celles du doigt extérieur en quatre. Les plus grandes de ces lobes n'ont qu'une ligne de largeur. Tous sont bordés d'une dentelure très-fine. Ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au bout de la queue. Le sommet de la tête est noirâtre. La partie antérieure & les côtés de la tête, la gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, le haut des jambes, les couvertures du dessus & du dessous de la queue, & les cô-

tés font blancs. La partie supérieure du col est cendrée. Le dos & le croupion font couverts de plumes noirâtres dans leur milieu, & d'un cendré-bleuâtre sur leurs bords, cette dernière couleur étant mêlée d'un peu de brun. Les scapulaires font de la même couleur. Toutes les couvertures du dessous des ailes font d'un blanc mêlé d'un peu de cendré. Les plus petites du dessus font d'un brun obscur : les moyennes font noirâtres & bordées de blanc : les grandes font pareillement noirâtres, bordées & terminées de blanc ; ce qui forme sur chaque aile une bande transversale de cette couleur. Toutes les plumes de l'aile font en-dessous d'un cendré-clair ; mais en-dessus les huit premières font noirâtres, & ont leur tige blanche : quelques-unes des suivantes font noirâtres, & terminées de blanc : les premières des moyennes font tout-à-fait blanches : enfin les plus proches du corps font noirâtres, & bordées de blanc dans toute leur circonférence. Ces dernières font fort longues, se terminent en pointe, & s'étendent, lorsque l'aile est pliée, presque aussi loin que les plus grandes plumes de l'aile. La queue est composée de douze

colli superior cinereo tingitur colore. Dorsum & uropygium obtegunt pennæ in medio nigricantes, ad margines cinereo-cœrulescentes, cui novissimo colori aliquid fusci admiscetur. Scapulares concolores. Tectrices alarum inferiores omnes sunt candidæ, paucò cinereo mixtæ. Superiores minimæ obscurè fuscæ : mediæ nigricantes, albo fimbriatæ : majores similiter nigricant, alboque marginantur & terminantur ; unde fit in utraque ala tænia transversa candida. Omnes alarum remiges sunt subtus dilutè cinereæ ; superne verò octo primores nigricant, & scapo donantur candido : sequentes quædam sunt nigricantes, albo terminatæ : ex minoribus primores penitus candidæ : corpori tandem finitimæ nigricantes, in tota circumferentia albo fimbriatæ. Quæ novissimæ dictæ maximam longitudinem obtinent, in acumen desinunt, & dum ala complicatur, majorum remigum extremitates ferè pertingunt. Caudam componunt duodecim rectrices nigricantes, dilutè cinereo fimbriatæ. Rostrum, quod quidem nonnihil ho-

**LES OISEAUX,** *Classe III. Ordre XVIII.* 15  
 horizontaliter planum, nigrum est. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipforum membranæ, unguisque cinerei. In *Anglia*, idque in *Eboracensi* Provincia, maris littora frequentat. plumes noirâtres, bordées de cendré clair. Le bec, qui est un peu applati horizontalement, est noir. La partie des jambes qui est dégarnie de plumes, les pieds, les doigts, ainsi que leurs membranes, & les ongles sont cendrés. On le trouve sur les côtes d'*Angleterre* dans la Province d'*York*.

## 2. LE PHALAROPE CENDRÉ.

Phalaropus superne cinereus, infernè albus; tæniâ per oculos nigricante; fasciâ longitudinali in utroque colli latere rufâ; colli inferioris parte infimâ cinereâ; uropygio albo & nigricante transversim striato; tæniâ in alis transversâ candidâ; rectricibus nigricantibus . . . PHALAROPUS CINEREUS.

Larus fidipes alter nostras, D. Johnson. *Willugh. Ornith. pag. 270.*

*Raj. Syn. Avi. pag. 132. N°. A. 7.*

Tringa rostro subulato apice inflexo, pedibus virescentibus lobatis, abdomine albido. Tringa lobata. *Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 78. sp. 5.*

Tringa mâle aux pattes de la Foulque d'eau. *Edwards. Tom. III. pag. CXLIII; avec une figure exacte Pl. 143.*

Les Anglois l'appellent COCK COOT-FOOTED TRINGA. *Edwards.*

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo ab apice rostri ad caudam extremam octo circiter pollices explet, & ad extremos unguis novem pollices. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque tredecim lineas longum est; cauda unum pollicem & sex circiter lineas; pars crurum plumis denudata septem lineas;

Il est à peu près de la grosseur du précédent. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ huit pouces, & jusqu'à celui des ongles de neuf pouces. Son bec depuis son bout jusqu'aux coins de la bouche a treize lignes de long; sa queue environ un pouce six lignes; la partie de ses jambes qui est dégarnie de plumes, sept

lignes; son pied onze lignes; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, un pouce, l'extérieur dix lignes, l'intérieur huit lignes; & celui de derrière deux lignes & demie seulement. Les membranes dont les trois doigts antérieurs sont garnis, sont divisées de part & d'autre en plusieurs lobes: celles du doigt intérieur le sont en deux; celles du doigt du milieu en trois; & celles du doigt extérieur en quatre. Les plus grandes de ces lobes n'ont guères qu'une ligne de largeur. Ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au bout de la queue. La partie supérieure de la tête, le dessus du col & le dos sont cendrés: cette couleur descend de chaque côté du col, & entoure le bas de sa partie inférieure. De chaque côté de la tête est une bande noirâtre, qui part d'après de l'origine du bec, & s'étend jusque vers l'occiput, en passant par les yeux. Derrière chacun des yeux part aussi une bande rousse, qui s'étend tout le long des côtés du col, à la partie inférieure duquel ces deux bandes se réunissent. Le croupion est rayé transversalement de blanc & de noirâtre. Les couvertures du dessus de la queue sont

pes undecim lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem, extimus decem lineas, intimus octo lineas; posticus autem binas cum semi lineas tantum. Membranæ quibus digiti tres antici obfiti sunt, in plures lobos utrinque dividuntur: membranæ digiti scilicet interioris in duos dividuntur lobos; digiti medii in tres; & digiti exterioris in quatuor. Inter lobos istos, majores lineam unam latitudine non multum excedunt. Alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Partes capitæ & colli superiores; dorsumque tingit color cinereus: qui color in utroque colli latere descendit; & colli inferioris partem infimam ambit. In utroque capitæ latere tania extat nigricans, prope rostri exortum orta, per oculos ducta, & versum occipitium usque protensa. Ponè utrumque oculum fascia quoque oritur rufa, secundum colli latera producta; & in ipsius inferiore parte binæ istæ fasciæ inter se connectuntur. Uropygium albo & nigricante transversim striatur. Superiores caudæ tectrices concolores;

concolores. Guttur, pectus, venter, latera, crurum suprema pars & pennæ caudam subtus obtegentes albicant. Tectrices alarum inferiores omnes sunt quoque candidæ, lineisque transversis nigricantibus striatæ. Superiores minores cineræ: majores cinereo-fuscæ, albo in apice fimbriatæ; unde fit in utraque ala tænia transversa candida. Pennæ scapulares sunt cinereo colore imbutæ, & in tota circumferentia rufo marginatæ. Remiges majores nigricantes: ex minoribus, primores concolores, albo terminatæ: corpori tandem viciniores obscurè fuscæ. Quæ nuper descriptæ remiges maximâ longitudine polent, in acumen desinunt, & dum ala complicatur, majorum remigum extremitates ferè pertingunt. Duodecim rectricibus nigricantibus cauda constat. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguisque plumbeo colore tincti. Habitat in *Freto Hudsonis*.

de la même couleur. La gorge, la poitrine, le ventre, le haut des jambes, les couvertures du dessous de la queue & les côtés sont blancs. Toutes les couvertures du dessous des ailes sont de la même couleur, & rayées de lignes transversales noirâtres. Les petites du dessus sont cendrées: les grandes sont d'un cendré-brun, & bordées de blanc par le bout; ce qui forme sur chaque aile une bande transversale de cette couleur. Les plumes scapulaires sont cendrées, & bordées de roux dans toute leur circonférence. Les grandes plumes de l'aile sont noirâtres: les premières des moyennes sont de la même couleur, & terminées de blanc: enfin les plus proches du corps sont d'un brun obscur. Ces dernières sont très-longues, se terminent en pointe, & s'étendent, lorsque l'aile est pliée, presque aussi loin que les plus grandes plumes de l'aile. La queue est composée de douze plumes noirâtres. Le bec est noir. La partie des jambes qui est dégarnie de plumes, les pieds, les doigts, ainsi que leurs membranes, & les ongles sont de couleur de plomb. On le trouve à la *Baye de Hudson*.



## 3. LE PHALAROPE BRUN.

Phalaropus superne obscurè fuscus, marginibus pennarum dilutioribus, infernè albus; capite superiore nigro; collo cinereo; taniâ in alis transversâ candidâ; rectricibus obscurè fuscis, fusco dilutiore fimbriatis . . . PHALAROPUS FUSCUS.

Fulica fusca rostro tenui. *Klein. Avi. pag. 151. N<sup>o</sup>. 3.*

Tringa rostro subulato apice inflexo, pedibus virescentibus lobatis, abdomine albido. *Tringa lobata. Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 78. sp. 5.*

Tringa au pié-de-Foulque. *Edwards. Tom. 1. pag. XLVI; avec une figure exacte Pl. 46.*

Les Anglois l'appellent COOT-FOOTED TRINGA. *Edwards.*

Il est un peu moins gros que le précédent. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ sept pouces six lignes, & jusqu'à celui des ongles de huit pouces six lignes. Son bec depuis son bout jusqu'aux coins de la bouche a onze lignes & demie de long; sa queue seize lignes; la partie de ses jambes qui est dégarnie de plumes, six lignes & demie; son pied un pouce; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, neuf lignes, l'extérieur huit lignes, l'intérieur sept lignes; & celui de derrière deux lignes seulement. Les membranes dont les trois doigts antérieurs sont garnis, sont divisées de part & d'au-

Præcedenti paululùm crassitie cedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam septem pollices & sex circiter lineas æquat, & ad extremos unguis octo pollices cum sex lineis. Rostrium ab ipsius apice ad oris angulos usque undecim cum semi lineas longum est; cauda sexdecim lineas; pars crurum plumis denudata sex cum semi lineas; pes unum pollicem; trium digitorum anticorum medius cum ungue novem lineas, extremus octo lineas, intimus septem lineas; posticus autem binas tantummodo lineas. Membranæ quibus digiti tres antichi obsiti sunt, in plures lobos utrinque di-

viduntur : membranæ digiti scilicet interioris in duos dividuntur lobos ; digiti medii in tres ; & digiti exterioris in quatuor. Inter lobos istos , majores lineam unam latitudine non multum superant. Alæ complicatæ extremitatem caudæ pertingunt. Capitis superior pars nigra est. Caput ad latera , gutturque candida. Collum cinereum ; colli tamen superioris pars infima , dorsum , uropygium , pennæ scapulares , superioresque caudæ tectrices sunt obscurè fuscæ , marginibus pennarum non nihil dilutioribus. Pectus venter , latera , crurum suprema pars & pennæ caudam subtus obtegentes albescent. Tectrices alarum inferiores omnes sunt cinereo imbutæ colore. Superiores minores obscurè fuscæ , colore paulò dilutiore fimbriatæ : majores fusco obscuro pariter imbutæ , albo in apice marginatæ ; unde fit in utraque ala tænia transversa concolor. Remiges alarum majores nigricantes , exterius albo fimbriatæ : ex minoribus , primores similiter nigricantes , alboque terminatæ : corpori tandem finitimæ scapularibus pennis

tre en plusieurs lobes : celles du doigt intérieur le sont en deux ; celles du doigt du milieu en trois ; & celles du doigt extérieur en quatre. Les plus grands de ces lobes n'ont guères qu'une ligne de largeur. Ses aîles , lorsqu'elles sont pliées , s'étendent jusqu'au bout de la queue. La partie supérieure de la tête est noire. Les côtés de la tête sont blancs , ainsi que la gorge. Le col , si l'on en excepte le bas de sa partie supérieure , est cendré. Le bas du dessus du col , le dos , le croupion , les plumes scapulaires & les couvertures du dessus de la queue sont d'un brun sombre , chaque plume étant bordée d'une couleur un peu plus claire. La poitrine , le ventre , le haut des jambes , les couvertures du dessous de la queue & les côtés sont blancs. Toutes les couvertures du dessous des aîles sont cendrées. Les petites du dessus sont d'un brun obscur , & bordées d'une couleur un peu plus claire : les grandes sont aussi d'un brun obscur , & bordées de blanc par le bout ; ce qui forme sur chaque aîle une bande transversale de cette couleur. Les grandes plumes de l'aîle sont noirâtres , & bordées extérieurement de blanc ;

les premières des moyennes sont pareillement noirâtres, & terminées de blanc : enfin les plus proches du corps sont de la même couleur que les scapulaires. Ces dernières sont fort longues, se terminent en pointe, & s'étendent, lorsque l'aile est pliée, presque aussi loin que les plus grandes plumes de l'aile. La queue est composée de douze plumes d'un brun obscur, & bordées d'une couleur un peu plus claire. Le bec est noir. La partie des jambes qui est dégarnie de plumes, les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, sont de couleur de plomb; & les ongles noirs. On le trouve dans l'*Amérique Septentrionale*.

concolores. Quæ novissimæ maximam obtinent longitudinem, in acumen desinunt, & dum ala complicatur, majorum remigum extremitates ferè pertingunt. Caudam componunt duodecim rectrices obscurè fuscæ, fusco nonnihil dilutiore sumbriatæ. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, plumbeo colore tincti; ungues verò nigri. Habitat in *America Septentrionali*.

#### 4. LE PHALAROPE ROUSSATRE.

Phalaropus superne rufescens, pennis in medio nigricantibus, infernè rubricæ fabrilis colore tinctus; tæniâ supra oculos dilutè rufescente; uropygio albo, nigricante maculato; tæniâ in alis transversâ candidâ; rectricibus in medio nigricantibus, ad margines rufescentibus . . . PHALAROPUS RUFESCENS.

Tringa rostro recto, pedibus lobatis subfuscis, abdomine ferrugineo.

Fulicaria. *Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 78. sp. 6.*

Tringa rouge aux pattes de la Foulque d'eau. *Edwards. Tom. III. pag. CXLII; avec une figure exacte Pl. 142.*

Les Anglois l'appellent RED COOT-FOOTED TRINGA. *Edwards.*

Il est un peu plus gros que le précédent. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ

Crassitie præcedentem paululum antecellit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam octo circiter

pollices explet, & ad extremos unguis octo pollices & totidem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque duodecim cum semi lineas longum est; cauda unum pollicem & septem lineas; pars crurum plumis denudata sex lineas; pes decem lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue undecim lineas, extimus octo lineas, intimus septem cum semi lineas; posticus autem binas tantummodo lineas. Membranæ quibus digiti tres antici obfiti sunt, in plures lobos utriusque dividuntur: membranæ digiti scilicet interioris in duos dividuntur lobos; digiti medii in tres; & digiti exterioris in quatuor. Inter lobos istos, majores sesquilineam latitudine non excedunt. Alæ complicatæ ad caudæ extremitatem protenduntur. Caput, guttur, partem colli superiorem, dorsumque vestiunt pennæ in medio nigricantes, ad margines rufescentes. Scapulares, superioresque caudæ tectrices concolores. In utroque capituli latere exigua extat tænia longitudinalis dilute rufescens, supra oculos ducta. Uropygium albicat, & ma-

huit pouces, & jusqu'à celui des ongles de huit pouces huit lignes. Son bec depuis son bout jusqu'aux coins de la bouche a douze lignes & demie de long; sa queue un pouce sept lignes; la partie de ses jambes qui est dégarinée de plumes, six lignes; son pied dix lignes; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, onze lignes, l'extérieur huit lignes, l'intérieur sept lignes & demie; & celui de derrière deux lignes seulement. Les membranes dont les trois doigts antérieurs sont garnis, sont divisées de part & d'autre en plusieurs lobes: celles du doigt intérieur le sont en deux; celles du doigt du milieu en trois; & celles du doigt extérieur en quatre. Les plus grands de ces lobes n'ont qu'une ligne & demie de largeur. Les aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au bout de la queue. La tête, la gorge, le dessus du col & le dos sont couverts de plumes noirâtres dans leur milieu, & rouffâtres sur leurs bords. Les scapulaires & les couvertures du dessus de la queue sont de la même couleur. De chaque côté de la tête est une petite bande longitudinale d'un rouffâtre clair, qui passe au-dessus des yeux. Le croupion est blanc &

varié de taches noirâtres. La partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, le haut des jambes, les couvertures du dessous de la queue & les côtés sont d'un rouge de brique. Toutes les couvertures du dessous des ailes sont blanches, & marquées de quelques lignes transversales noirâtres, peu apparentes. Les petites du dessus sont cendrées, quelques-unes étant bordées de blanc : les grandes sont noirâtres, & terminées de blanc ; ce qui forme sur chaque aîle une bande transversale de cette couleur. Les grandes plumes de l'aîle sont noires : les premières des moyennes sont de la même couleur, bordées extérieurement & terminées de blanc : enfin les plus proches du corps sont noirâtres, & bordées de rouffâtre dans toute leur circonférence. Ces dernières sont fort longues, se terminent en pointe, & s'étendent, lorsque l'aîle est pliée, presque aussi loin que les plus grandes plumes de l'aîle. La queue est composée de douze plumes noirâtres dans leur milieu, & rouffâtres sur leurs bords. Le bec, qui est un peu applati horizontalement, est orangé, excepté son extrémité, qui est noire. La partie des jambes qui est dégarnie de plumes,

culis nigricantibus variegatur. Partem colli inferiorem, pectus, ventrem, latera, crurum partem supremam & pennas caudam subtus obtegentes tingit rubricæ fabrilis color. Tectrices alarum inferiores omnes sunt candidæ, lineis quibusdam transversis nigricantibus, non multùm conspicuis, insignitæ. Superiores minores cineræ, quibusdam albo fimbriatis : majores nigricantes, albo terminatæ ; unde fit in utraque ala tænia transversa candida. Remiges alarum majores nigræ : ex minoribus, primores concolores, exterius albo marginatæ, & eodem colore terminatæ : corpori tandem finitimæ nigricantes, in tota circumferentia rufescente fimbriatæ. Quæ novissimè dictæ remiges maximâ longitudine pollent, in acumen desinunt, & dum ala complicatur, majorum remigum extremitates ferè pertingunt. Cauda duodecim conflatur rectricibus in medio nigricantibus, ad margines rufescentibus. Rostrum, quod quidem nonnihil horizontaliter planum, aurantium, attamen in extremitate nigrum. Pars crurum plumis

**LES OISEAUX**, *Classe III. Ordre XVIII.* 23  
 denudata, pedes, digiti, sicut & ipforum membranæ, unguetque fusco-virescentes. les pieds, les doigts, ainsi que leurs membranes, & les ongles sont d'un brun-verdâtre. On le trouve à la *Baye de Hudson.*  
*Habitat in Fretto Hudsonis.*

X C.

*Genus Fulicæ.*

Hujus character est  
 Digiti quatuor, tres antici, posticus unus, per totam longitudinem membranis fissis, emarginatis aucti:  
 Rostrum conicum, lateraliter compressum.

Omnia hujus generis Avium frons plumis est denudata, & crassissimâ membranâ obducta. Ipsarum crura in parte inferiore plumis quod denudantur.

X C.

*Genre de la Foulque.*

Son caractère est d'avoir  
 Quatre doigts, trois devant; un derrière, garnis dans toute leur longueur de membranes fendues & festonnées:  
 Le bec en cône aplati par les côtés.

Tous les Oiseaux de ce genre ont le front dégarni de plumes, & couvert d'une membrane fort épaisse. Ils ont aussi la partie inférieure des jambes dégarnie de plumes.

\*\* I. LA FOULQUE OU MORELLE.

*Voyez Pl. II. Fig. 1.*

*Fulica cinerea*, superne saturatiùs, infernè dilutiùs; capite & collo nigricantibus; marginibus alarum candidis; fronte nudâ, coccineâ; cruribus taniâ flavicante circumdatis; rectricibus saturatè cinereis, versùs apicem cinereo-nigricantibus . . . . **FULICA.**

*Fulica fronte calva*, corpore nigro, digitis lobatis. *Fulica atra.* *Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 82. sp. 1.*

*Fulica fronte calva æquali.* *Faun. Suec. Linn. N<sup>o</sup>. 130.*

*Fulica nigricans.* *Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen. 71. sp. 1.*

*Fulica nigricans*, syncipite glabro. *Barr. Ornith. Class. II. Gen. 1. sp. 1.*



- Fulica major pulla , fronte cerâ albâ superne acuminatâ glabrâ obductâ , membrana digitorum latiori , lacera. *Brownz. Nat. Hist. of Jamaic. pag. 479.*
- Fulica. *Gesn. icon. Avi. pag. 91 , in qua hujus icon non satis accurata. Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 91. hujus icon non satis accurata pag. 95. Schwenck. Avi. Sil. pag. 263. Jonst. Avi. pag. 98. hujus icon à Gesnero mutuata Tab. 31. Willugh. Ornith. pag. 239. hujus icon minimè accurata Tab. LIX. Raj. Syn. Avi. pag. 116. N<sup>o</sup>. A. 1. Charlet. Exer. pag. 107. N<sup>o</sup>. XVI. Charlet. Onomazt. pag. 101. N<sup>o</sup>. XVI. Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 20. Prosp. Alp. Ægypt. Vol. I. pag. 199. Marfil. Danub. Tom. V. pag. 70. hujus icon minùs accurata Tab. 33. Moehr. Avi. Gen. 78. Acta Upsal. An. 1750. pag. 22.*
- Fulica veterum. *Gesn. Avi. pag. 389.*
- Fulica Recentiorum. *Gesn. Avi. pag. 390 , in qua hujus icon non satis accurata. Klein. Avi. pag. 150. N<sup>o</sup>. 1.*
- Fulica , Fulix Latinis. *Mus. Worm. pag. 306.*
- Fulica , five Fulix ; Phalaris Varroni ; Mergus niger Alberto magno. *Rzac. Hist. Nat. Pol. pag. 280.*
- Fulica minor Gesneri , Schwenckfeldii , & Willughby ; Gallina aquatica & arundinum ; Mergus niger Alberti. *Rzac. Auc<sup>t</sup>. Hist. nat. Pol. pag. 379.*
- Phalaris. *Gesn. Avi. pag. 130. Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 260. Jonst. Avi. pag. 90.*
- Phalaris Kiranidæ. *Gesn.*
- Mergi genus. *Schwenck.*
- Pullus aquæ Alberto. *Gesn.*
- Poule d'eau. *Bel. Hist. nat. des Ois. pag. 181 , dans laquelle il y a une figure très-peu exacte.*
- Poule d'eau , Foulque , Foucque , Foulcre , Jodelle , Joudarde , Belleque. *Bel. Portr. d'Ois. pag. 39 b , dans laquelle est la même figure.*
- Foulque chauve , ou Poule d'eau. *Alb. Tom. I. pag. 73 ; avec une figure mal coloriée Pl. 83.*
- On l'appelle en quelques Provinces de France JUDELLE.
- Les Grecs l'appellent *Φαλαρίς* ou *Φαλαρίς*. *Gesn. Aldrov.*
- Les Grecs modernes , *Δεζα*. *Gesn. Aldrov.*
- Les Catalans , FOTGE ; FOLLAGA ; GALLINASA DE AIGUA. *Barr.*
- Les Italiens , FOLEGA. *Bel. Gesn. Aldrov. Worm. FOLLEGA ; FOLLATA. Aldrov.*

LES OISEAUX, *Classe III. Ordre XVIII.* 25

*Les Italiens aux environs du Lac majeur, POLON ou PULLON. Bel. Gefn. Aldrov.*

*Les Suiffes, BOELLHINEN ou BELCHINEN. Gefn. Aldrov.*

*Les Suiffes aux environs de Neuchatel, BELLEQUE. Gefn. Aldrov.*

*Les Suiffes aux environs du Lac de Constance, BELCH. Gefn. Aldrov.*

*Les Allemands, WASSER-HOUN; ROR-HEUNLE. Gefn. ROHR-HENNE. Schwenck. Rzac. TAUCHERLEIN. Rzac.*

*Les Allemands aux environs de Francfort, FLORN. Gefn. & quelques-uns, PFAFF. Gefn. Aldrov. PFAFFE. Schwenck. Rzac.*

*Les Bas-Saxons aux environs de Rostock, ZAPP. Gefn. Aldrov.*

*Les Habitans de la Souabe, BLESZ; BLESSING. Gefn. Aldrov.*

*Les Siléfiens, WASSER HUN. Schwenck.*

*Les Illyriens, LYSKA. Gefn. Aldrov.*

*Les Polonois, LYSKA. Rzac. KACZA ou DZIKA. Gefn. Aldrov.*

*Les Suédois, BLAOS-KLACKA. Linn.*

*Les Danois, BLESAAND. Worm.*

*Les Hollandois, MEER-COOT. Gefn. Aldrov.*

*Les Anglois, COOT. Willugh. Raj. Charlet. Sibbald. BALD COOT. Alb.*

*Les Anglois de la Jamaïque, PLANTANE COOTE. Browne.*

*Crassitie Gallinam medio-  
crem circiter æmulatur. Ip-  
sius longitudo ab apice rostri  
ad caudæ extremitatem qua-  
tuordecim pollices explet,  
& ad extremos unguis unum  
pedem & sex pollices. Ros-  
trum ab ipsius apice ad oris  
angulos usque sexdecim li-  
neas longum est; cauda duos  
pollices; pars crurum plumis  
denudata novem lineas; pes  
nem usque fusco : vigesima sexta candida, maculâ fuscâ, exterius in extremitate positâ, insignita : vigesima septima & vigesima octava in latere exteriori & apice fusca, in latere interiori candida : binæ tandem corpori viciniores penitus fusca. Remix secunda reliquarum omnium longitudinem excedit. Mandibula superior superne fusca, ad latera rubescens ; inferior quoque rubescit, attamen in extremitate candidat. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, exterius cinereo-cœrulescentes, interiùs ex fusco nonnihil ad rubescentem vergentes colorem ; ungues verò fusci, candicante in apice marginati. Lacus frequentat. *Ex museo Realmuriano.*

#### \*\* 5. LA PETITE GREBE CORNUE.

Colymbus superne obscurè fuscus, infernè albo-argenteus ; capite & collo supremo nigro-virescentibus ; collo inferiore castaneo ; fasciculo plumoso aurantio-rufescente ponè utrumque oculum ; taniâ utrinque à rostro ad oculum nudâ coccineâ ; remigibus à duodecima ad vigesimam sextam usque candidis . . . . COLYMBUS CORNUTUS MINOR.

Colymbus pedibus lobato-divisis ; capite rufo. *Faun. Suec. Linn. N<sup>o</sup>. 123.*

Colymbus pedibus lobatis, capite nigro, auribus cristato ferrugineis. *Colymbus auritus. Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 68. sp. 3.*

LES OISEAUX, *Classe III. Ordre XIX.* 51

- Colymbus minor pullus, digitis internè connectis, superne marginatis. *Browne. Nat. Hist. of Jamaic. pag. 480.*
- Colymbus minor. *Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 256.*  
*Jonst. Avi. pag. 89.*  
*Charlet. Exer. pag. 102. N<sup>o</sup>. 7. 2.*  
*Charlet. Onomazt. pag. 96. N<sup>o</sup>. 7. 2.*  
*Klein. Avi. pag. 150. N<sup>o</sup>. 4.*
- Colymbus minor; Colymbis. Uria vel Urinatrix minor. Pygoscelis minor. Mergulus. *Gesn. icon. Avi. pag. 89, in qua hujus icon non satis accurata.*
- Colymbus five Podicipes minor. *Willugh. Ornith. pag. 258. hujus icon non satis accurata Tab. LXI.*  
*Raj. Syn. Avi. pag. 125. N<sup>o</sup>. A. 3.*  
*Raj. Syn. Avi. pag. 190. N<sup>o</sup>. 14.*  
*Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 20.*  
*Sloane. Voy. of Jamaic. pag. 322. N<sup>o</sup>. IV. hujus icon pessima Tab. 271. fig. 1.*  
*Marfil. Danub. Tom. V. pag. 82. hujus icon non satis accurata Tab. 39.*
- Trapazorola. *Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen. 51. sp. 3.*
- Trapazorola vel Mergulus. *Gesn. Avi. pag. 140, in qua hujus icon non satis accurata.*
- Yacapitzahoac, seu Avis rostri mucronati. *Fern. Hist. Nov. Hisp. pag. 29. cap. LXVIII.*  
*Raj. Syn. Avi. pag. 177.*
- Foulque à aigrettes ou à cornes. *Edwards. Tom. III. pag. CXLV; avec une figure exacte Pl. 145.*
- Petit Plongeon de mer. *Alb. Tom. II. pag. 50; avec une figure mal coloriée Pl. 76.*
- Les Portugais l'appellent ADEM; GATHIRAS. *Gesn. Aldrov.*
- Les Italiens, ARZAVOLA. *Gesn. Aldrov.*
- Les Italiens aux environs du Lac Majeur, PIOMBIN. *Gesn. Aldrov.*
- Les Ferrarois, TRAPAZOROLA. *Gesn. Aldrov.*
- Les Allemands, DEUCHELIN; DUCHENTLIN; HURCHELIN; MÏRGIGELN. *Gesn. Aldrov. ARSSFOUSS DER KLEIN. Gesn.*
- Les Habitans de la Souabe, KAEFERENTLE. *Gesn. Aldrov.*
- Les Grisons, KAEFERENTLE. *Gesn. Aldrov.*
- Les Suisses, TEUCHTERLIN; RUCHEN; RUGGELEN; PFÛRTZI. *Gesn. Aldrov.*
- Les Hollandois, AERSEVOET. *Gesn. Aldrov.*
- Les Ostro-Bohniens, FIORNA. *Linn.*
- Les Anglois, DIDAPPER. *Willugh. Raj. Sloane. DIPPER; DOUCKER; DOBCHICK. Willugh. Raj. DOB-CHICK. Alb. DOBCHIKIN. Gesn. Aldrov. ARSE-FOOT. Sibbald. SMALL-ARSFOOT. Willugh. SMALL-LOON. Willugh. Raj. Sibbald. EARED DOB-CHICK; HORNED DOB-CHICK. Edwards.*

*Les Habitans de la Province de Cornouailles , DIVING KILLEGREW :  
Charlet.*

*Les Mexiquains , YACAPITZAHUAC. Fern.*

Elle est à peu près de la grosseur de la *petite Grebe hupée*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui du croupion est d'un pied, & jusqu'à celui des ongles de quinze pouces huit lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a quinze lignes de long; son pied un pouce six lignes; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, deux pouces, l'extérieur deux pouces deux lignes, l'intérieur un pouce cinq lignes; & celui de derrière cinq lignes & demie. Elle a un pied huit pouces de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au croupion. La tête & la partie du col qui en est la plus voisine, sont couvertes de longues plumes d'un noir tirant sur le verd, & qui font paroître la tête & cette partie du col plus grosses qu'elles ne le sont réellement. Derrière chacun des yeux part un petit faisceau de plumes d'un orangé-rouffâtre, un peu plus longues que les autres, qui tendent vers l'occiput, & y forment deux petites especes de cornes. De chaque côté de la tête est une petite ligne nue d'un rouge vif,

Cum *Colymbo cristato minore* circiter crassitie convenit. Ipsius longitudo à rostri apice ad uropygium extremum unum pedem explet, & ad extremos unguis quindecim pollices & octo lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quindecim lineas longum est; pes unum pollicem & sex lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue duos pollices, extimus duos pollices & totidem lineas, intimus unum pollicem cum quinque lineis; posticus autem quinque cum semi lineas. Alis expansis, extremitates majorum remigum unius pedis & octo pollicum intervallo distant; alæ verò complicatæ ad uropygium usque protenduntur. Caput, partemque colli ipsi finitimam vestiunt longiusculæ pennæ nigro-virescentes, quibus fit ut caput & colli pars ista majorem crassitiam habere videantur. Ponè utrumque oculum fasciculus oritur plumis constans aurantio-rufescentibus, reliquas longitudine paululum excedentibus, versus occi-

pitium tendentibus, ibique cornicula bina quodammodo efficientibus. In utroque capitis latere lineola extat nuda coccinea, ab exortu rostri orta & ad oculum usque producta. Partem colli corpori finitimam subtus tingit color castaneus elegans. Ipsius superior pars, dorsum, uropygium, pennæ scapulares & superiores alarum tectrices sunt obscure quidem, sed splendide, fuscæ. Scapulares superiores maximâ longitudine pollent, in acumen desinunt, & uropygium extremum attingunt. Pectus, venter & crura splendidissimo imbuuntur albo-argenteo. Latera castaneo colore tinguntur. Inferiores alarum tectrices omnes albicant. Alarum componunt triginta remiges: undecim primores fuscæ, attamen in exortu candidæ, sed in latere interiore tantum: quindecim proximè sequentes, à duodecima scilicet ad vigesimam sextam usque inclusivè, candidæ: vigesima septima & vigesima octava in latere exteriorè & extremitate fuscæ, in latere interiore albæ; binæ tandem corpori viciniores penitus fuscæ. Remix secunda reliquarum

qui part de l'origine du bec, & s'étend jusqu'à l'œil. La partie du col la plus voisine du corps est en-dessous d'une belle couleur de marron. Sa partie supérieure, le dos, le croupion, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus des ailes sont d'un brun sombre, mais brillant. Les scapulaires supérieures sont très-longues, se terminent en pointe, & s'étendent jusqu'au bout du croupion. La poitrine, le ventre & les jambes sont d'un blanc-argenté très-brillant. Les côtés sont de couleur de marron. Toutes les couvertures du dessous des ailes sont blanches. L'aile est composée de trente plumes: les douze premières sont brunes, excepté leur origine, qui est blanche du côté intérieur seulement: les quinze suivantes, sçavoir depuis la douzième jusqu'à la vingt-sixième inclusivement, sont blanches: la vingt-septième & la vingt-huitième sont brunes du côté extérieur & à leur bout, & blanches du côté intérieur: enfin les deux plus proches du corps sont entièrement brunes. La seconde des plumes de l'aile est la plus longue de toutes. L'iris des yeux est rouge. Le demi-bec supérieur est noirâtre, excepté son bout, qui est blan-



châtre ; l'inférieur est rouge à son origine , ensuite noirâtre , & terminé de blanchâtre. Les pieds , les doigts & leurs membranes sont extérieurement d'un cendré-bleuâtre , & intérieurement d'un brun tirant un peu sur le rougeâtre ; les ongles sont bruns , & bordés de blanchâtre par le bout. Elle se tient sur les bords de la mer. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

omnium longitudinem excedit. Oculorum irides rubræ. Mandibula superior nigricans , attamen in extremitate candicans ; inferior in exortu rubra , deinde nigricans , candicante terminata. Pedes & digiti , sicut & ipsorum membranæ , exterius cinereo-cœrulescentes , interius ex fusco nonnihil ad rubescentem inclinantes colorem ; ungues verò fusci , albido in extremitate marginati. Juxta maris littora versatur. *Ex museo Realmuriano.*

#### 6. LA GREBE A OREILLES.

Colymbus superne fusco-nigricans , infernè albus ; capite & collo nigris , collo inferiore maculis albis vario ; fasciculo plumoso flexibili aurantio ponè utrumque oculum ; marginibus alarum , remigibusque intermediis candidis . . . .  
COLYMBUS AURITUS.

- Colymbus pedibus lobatis , capite nigro , auribus cristato ferrugineis.  
Colymbus auritus. *Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 68. sp. 3.*  
Colymbus minor alius. *Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 256.*  
Alterum Merguli genus. *Gesn. Avi. pag. 141 , in qua hujus capitis icon non satis accurata.*  
Mergulus. *Schwenck. Avi. Sil. pag. 299.*  
Mergulus niger. *Gesn. icon. Avi. pag. 89 , in qua hujus capitis icon non satis accurata.*  
Mergulus niger Schwenckfeldii seu Colymbus minor. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag. 392.*  
Fouque oreillée. *Edwards. Tom. II. pag. XCVI ; avec une figure exacte Pl. 96.*  
*Les Turcs l'appellent KARABATAK. Gesn. Aldrov.*  
*Les Allemands , SCHWARTZ DUCHELE. Gesn. SCHWARTZ TAEUCHER-*

LES OISEAUX, *Classe III. Ordre XIX.* 55

LEIN. *Rzac.* SCHWARTZ TEUCHERLIN; KLEIN SCHWARTZ TEUCHERLIN; DUCH ENDTLIN; KAEFER ENDTLE. *Schwenck.*

*Les Polonois, NUREK CZARNY MALY. Rzac.*

Magnitudine & crassitie *Colymbum fluviatilem nostratam* nonnihil antecellit. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque unum circiter pollicem longum est. Alæ complicatæ ad uropygium usque protenduntur. Caput, guttur, collumque nigra sunt: quam nigredinem in gutture & parte colli inferiore variegant minutæ maculæ albæ. Ponè utrumque oculum fasciculus oritur plumis constans aurantiis, longiusculis, flexibilibus, binasque quodammodo efficientibus auriculas, quas Avis ad libitum movere potest. Dorsum, uropygium, pennæ scapulares & superiores alarum tectrices ex fusco nigricant. Pectus, venter & crura alben. Latera similiter candida, aurantio per totam corporis longitudinem variegata. Tectrices alarum inferiores omnes albicant. Alarum margines, ab ipsius exortu ad extremitatem usque candidæ. Remiges majores fusco-nigricantes: proximè sequentes, illæ scilicet quæ medium locum tenent, candidæ: corpori

Elle est un peu plus grande & un peu plus grosse que *notre Grebe de riviere*. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a environ un pouce de longueur. Ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au croupion. La tête, la gorge & le col sont noirs: cette couleur est variée sur la gorge & la partie inférieure du col de petites taches blanches. Derriere chacun des yeux part un petit faisceau de plumes orangées, longues & flexibles, & qui forment comme deux especes d'oreilles, que l'Oiseau peut faire mouvoir à volonté. Le dos, le croupion, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus des ailes sont d'un brun-noirâtre. La poitrine, le ventre & les jambes sont d'un beau blanc. Les côtés, qui sont de la même couleur, sont variés d'orangé dans toute la longueur du corps. Toutes les couvertures du dessous des ailes sont blanches. Le bord de l'aîle, depuis son origine jusqu'à son extrémité, est de la même couleur. Les grandes plumes de l'aîle sont d'un brun-noirâtre: les suivantes, sçavoir celles qui oc-

cupent le milieu, sont blanches : les plus proches du corps sont de la même couleur que le dos. L'iris des yeux est d'un beau rouge. Le bec est noir, excepté le bout du demi-bec inférieur, qui est blanchâtre. Les pieds, les doigts & leurs membranes sont extérieurement d'un verdâtre obscur, & intérieurement rougeâtres ; les ongles sont bruns. Elle se tient dans les étangs.

finitimæ dorso concolores. Oculorum irides eleganter rubræ. Rostrum nigrum, exceptâ mandibulæ inferioris extremitate albidâ. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, exterius obscurè viridescentes, interiùs rubefcentes ; ungues verò fusci. Piscinas frequentat.

#### 7. LA PETITE GREBE.

*Colymbus superne fusco-nigricans, infernè albus ; capite superiore nigro-virescente ; taniâ utrinque à rostro ad oculum nudâ saturatè rubrâ ; maculâ utrinque rostrum inter & oculum, marginibus alarum, remigibusque intermediis candidis . . . . COLYMBUS MINOR.*

Fouque noire & blanche. *Edwards. Tom. II. pag. XCVI ; avec une figure exacte Pl. 96.*

Elle est à peu près de la grandeur & de la grosseur de la *petite Grebe cornue*. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a environ quinze lignes de long. Ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au croupion. La partie supérieure de la tête est d'un noir tirant sur le verd. De chaque côté de la tête est une petite tache blanche, placée entre la base du demi-bec supérieur & l'œil. Au-dessous de cette tache est une ligne nue

Magnitudine & crassitie *Colymbum cornutum minorem* circiter æmulatur. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque quindecim circiter lineas longum est. Alæ complicatæ uropygium extremum pertingunt. Capitis superior pars ex nigro virescit. In utroque capitis latere exigua extat macula candida, basim mandibulæ superioris inter & oculum posita. Infra maculam istam linea adest saturatè rubra ;  
ab

ab exortu mandibulæ superioris orta, & ad oculum usque producta. Pars colli superior, dorsum, uropygium, pennæ scapulares & superiores alarum tectrices sunt fusco-nigricantes. Caput ad latera, guttur, partem colli inferiorem, pectus, ventrem, latera & crura vestiunt pennæ albæ: infimus tamen venter nigricante maculatur. Inferiores alarum tectrices omnes sunt candidæ. Alarum margines ab ipsarum exortu ad extremitatem usque concolores. Remiges majores nigricantes: proximè sequentes, illæ scilicet quæ medium obtinent locum, candidæ: corpori viciniore dorso concolores. Oculorum irides coccineæ. Mandibula superior nigricans, ab ipsius tamen exortu versùs duas tertias longitudinis partes usque ad margines rubra; mandibula inferior in exortu similiter rubet, in extremitate nigricat. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, exterius obscurè viridescentes, interiùs rubescentes; ungues verò fusci. Juxta maris littora versatur.

d'un rouge foncé, qui part de l'origine du demi-bec supérieur, & s'étend jusqu'à l'œil. La partie supérieure du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus des ailes sont d'un brun-noirâtre. Les côtés de la tête, la gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés & les jambes sont d'un beau blanc: le bas-ventre est cependant tacheté de noirâtre. Toutes les couvertures du dessous des ailes sont blanches. Le bord de l'aile, depuis son origine jusqu'à son extrémité, est de la même couleur. Les grandes plumes de l'aile sont noirâtres: les suivantes, sçavoir celles qui occupent le milieu, sont blanches: les plus proches du corps sont de la même couleur que le dos. L'iris des yeux est d'un rouge vif. Le demi-bec supérieur est noirâtre, excepté ses bords, qui sont rouges depuis son origine jusque vers les deux tiers de sa longueur; le demi-bec inférieur est de cette dernière couleur à son origine, & noirâtre à son extrémité. Les pieds, les doigts & leurs membranes sont extérieurement d'un verdâtre obscur, & intérieurement rougeâtres; les ongles

sont bruns. Elle se tient sur les bords de la mer.

## 8. LA GREBE DE L'ISLE S. THOMAS.

*Colymbus superne obscurè fuscus, infernè albus, maculis griseis variegatus; maculâ utrinque rostrum inter & oculum candidâ; maculâ in medio pectore nigrâ; remigibus pallidè rufis . . . . COLYMBUS INSULÆ S. THOMÆ.*

Espece de Plongeon ou *Mergus major leucophæus*. *Feuillée. Journ. des Obs. phys. pag. 391. (ed. 1725).*

*Les Habitans de l'Isle S. Thomas l'appellent DUC-LAART. Feuillée.*

Elle est aussi grosse qu'une jeune Poule. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a un pouce de longueur. Ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au croupion. La tête, la partie supérieure du col, le dos, le croupion & les plumes scapulaires sont d'un brun sombre mais brillant. De chaque côté de la tête est une tache blanche, placée entre le bec & l'œil. La partie inférieure du col & la poitrine sont de cette dernière couleur, avec une grande tache noire au milieu de la poitrine. Le ventre, les côtés & les jambes sont d'un blanc varié de taches grises. Toutes les couvertures du dessous des ailes sont blanches. Celles du dessus & les plumes de l'aile sont d'un roux pâle. Les yeux sont d'un gris-roux, & entourés de blanc. Le bec est noir depuis son origine jusque vers

*Crassitie Gallinam juniorem* adæquat. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque unum pollicem longum est. Alæ complicatæ ad uropygium usque protendantur. Caput, pars colli superior, dorsum, uropygium & scapulares pennæ sunt obscurè quidem, sed splendidè, fuscæ. In utroque capitis latere macula extat candida, rostrum inter & oculum posita. Pars colli inferior & pectus similiter albicant; medium autem pectus majusculâ insignitur maculâ nigrâ. Venter, latera & crura alben, & maculis griseis variegantur. Tectrices alarum inferiores omnes sunt candidæ. Superiores, sicut & alarum remiges, pallidè rufæ. Oculi sunt griseo-rufi, albo circumdati. Rostrum ab ipsius exortu mediam versùs lon-

LES OISEAUX, *Classe III. Ordre XIX.* 59

gitudinem usque nigrum, inde ad extremitatem fordidè album. Pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguisque nigricantes. Habitat in *Insula S. Thomæ in America.*

la moitié de sa longueur; & de-là, jusqu'à son extrémité il est d'un blanc sale. Les pieds, les doigts, ainsi que leurs membranes, & les ongles sont noirâtres. On la trouve à l'*Iste S. Thomas en Amérique.*

\*\* 9. LA GREBE DE RIVIERE OU LE CASTAGNEUX.

Colymbus superne fuscus, ad fulvum vergens, infernè albo-argenteus; collo inferiore griseo-fulvo; imo ventre griseo; uropygio infimo albo; remigibus à decima sexta ad vigesimam primam usque candidis, griseo-fusco maculatis....  
COLYMBUS FLUVIATILIS.

Colymbus cinereus, rostro & pedibus nigris. *Barr. Ornith. Class. II. Gen. II. sp. 2.*

Colymbus & Colymbis, vel Urinatrix. *Gesn. Avi. pag. 128.*

Colymbus minor Bellonii. *Jonst. Avi. pag. 89. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. 48, sub titulo, Colymbus major Bellonii.*

Colymbus minor Bellonii, vel saltem simillima Avis. *Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 257. hujus icon minimè accurata pag. 258.*

Colymbus tertius. *Jonst. Avi. pag. 89.*

Mergus parvus fluviatilis. *Gesn. Avi. pag. 141.*

Tertium Urinatricum genus, sive Mergus minimus fluviatilis Bellonii. *Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 257.*

Petit Plongeon nommé Castagneux ou Zoucet. *Bel. Hist. nat. des Ois. pag 177, dans laquelle est une assez bonne figure.*

Castagneux, Zoucet, petit Plongeon. *Bel. Portr. d'Ois. pag. 38 a, dans laquelle est la même figure.*

Les Grecs l'appellent *Κολυμβίς.* *Gesn.*

Les Catalans, CABUSSET; CABUSSO. *Barr.*

*Pullum Gallinaceum minorem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad uropygium extremum novem pollices explet, & ad extremos unguis undecim pollices & decem lineas.*

Il est à peu près de la grosseur d'un *petit Poulet.* Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui du croupion est de neuf pouces, & jusqu'à celui des ongles d'onze pouces dix lignes. Son bec depuis sa

pointe jusqu'aux coins de la bouche a onze lignes & demie de long ; son pied quatorze lignes & demie ; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, un pouce huit lignes ; l'extérieur est de la même longueur ; l'intérieur n'a que quinze lignes & demie de long ; & celui de derrière cinq lignes. Elle a quatorze pouces trois lignes de vol ; & ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au croupion. Les parties supérieures de la tête & du col, le dos, les plumes scapulaires & le haut du croupion sont d'un brun brillant & tirant un peu sur le fauve. Le bas du croupion est blanc. Les scapulaires supérieures sont fort longues, se terminent en pointe, & s'étendent jusqu'au bout du croupion. Les côtés de la tête, la partie inférieure & les côtés du col sont d'un gris-fauve : cette couleur s'étend de chaque côté de la tête jusque vers l'occiput ; de sorte qu'il n'y a en cet endroit qu'une bande brune assez étroite, qui joint ensemble le brun du dessus de la tête & celui de la partie supérieure du col. L'espace contenu de chaque côté depuis les coins de la bouche jusqu'aux yeux, est dé-garni de plumes. La gorge est

Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque undecim cum semi lineas longum est ; pes quatuordecim cum semi lineas ; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & octo lineas ; extimus eandem obtinet longitudinem ; intimus quindecim cum semi lineas solummodo longus est ; posticus autem quinque lineas. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est quatuordecim pollicum & trium linearum ; alæ verò complicatæ uropygium attingunt. Partes capitis & colli superiores, dorsum, uropygii suprema pars, scapularesque pennæ sunt splendide fuscæ, nonnihil ad fulvum vergentes. Uropygium infimum albicat. Scapulares superiores maximâ longitudine pollent, in acumen desinunt, & ad uropygium extremum usque protenduntur. Caput ad latera, collumque inferius & ad latera tingit color griseo-fulvus : qui color in utroque capitis latere versùs occipitium usque extenditur ; ita ut eo in loco solummodo stricta sit tænia fusca, quâ connectitur color fuscus caput superius tingens cum fusco colore quo col-



lum superius imbutur. Spatium ab oris angulis ad oculos utrinque contentum plumis denudatur. Guttur ex albo nonnihil ad fulvum inclinat. Pectus & venter superius albo-argenteo imbuuntur colore. Imum ventrem & crura tingit griseus color. Latera griseo-fulvo & fusco, confusè mixtis, variegantur. Tectrices alarum inferiores omnes sunt candidæ; superiores omnes fuscæ. Alam componunt viginti quinque remiges, quarum undecim primores griseo-fuscæ, scapo fusco præditæ: quatuor proximè sequentes, à duodecima scilicet ad decimam quintam usque inclusivè, concolores, attamen in exortu interiùs albæ; quæ albedo eò magis versùs remigis extremitatem protenditur, quò remix fit corpori vicinior: sex quæ novissimas istas sequuntur, à decima sexta scilicet ad vigesimam primam usque inclusivè, candidæ, in extremitate tamen exterius griseo-fuscæ; qui color eò minus spatium occupat, quò remix fit corpori finitima; sex autem istæ remiges maculâ insuper notantur griseo-fuscâ, versùs ipsarum extremitatem in latere in-

d'un blanc tirant un peu sur le fauve. La poitrine & le haut du ventre sont d'un blanc-argenté. Le bas-ventre est gris, ainsi que les jambes. Les côtés sont variés de gris-fauve & de brun, mêlés confusément ensemble. Toutes les couvertures du dessous des ailes sont blanches: toutes celles du dessus sont brunes. L'aîle est composée de vingt-cinq plumes: les onze premières sont d'un gris-brun, & ont leur tige brune: les quatre suivantes, sçavoir depuis la douzième jusqu'à la quinzième inclusive-ment, sont de la même couleur, excepté qu'elles sont blanches à leur origine du côté intérieur; le blanc s'étend d'autant plus loin vers le bout de la plume, qu'elle est plus proche du corps: les six qui suivent ces dernières, sçavoir depuis la seizième jusqu'à la vingtunième inclusive-ment, sont blanches, excepté l'extrémité de leur côté extérieur, qui est d'un gris-brun; & il y a d'autant moins de cette dernière couleur, que la plume est plus proche du corps; ces six plumes sont de plus marquées d'une tache de gris-brun, placée sur leur côté intérieur vers leur extrémité, & qui est d'autant plus grande que la plume est

plus proche du corps : la vingt-deuxième & la vingt-troisième sont brunes, excepté leur origine, qui est blanche du côté intérieur : enfin les deux plus proches du corps sont entièrement brunes. La seconde des plumes de l'aile est la plus longue de toutes. Le demi-bec supérieur est brun en-dessus, & d'un brun-rougeâtre sur les côtés ; l'inférieur est rougeâtre, excepté son bout qui est blanchâtre. Les pieds, les doigts & leurs membranes sont d'un brun tirant un peu sur le rougeâtre ; les ongles sont bruns, & bordés de blanchâtre par le bout. On la trouve dans les rivières & les étangs. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

teriore positâ, & eò majore, quò remix fit corpori vicinior : vigesima secunda & vigesima tertia fusca, excepto exortu in latere interiore candido : binæ tandem corpori viciniore penitus fusca. Remix secunda omnium est longissima. Mandibula superior superne fusca, ad latera fusco - rubescens ; inferior rubescit, attamen in extremitate candicat. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, ex fusco nihil ad rubescentem inclinantes colorem ; ungues verò fusci, albido in extremitate marginati. Flumina, piscinasque frequentat. *Ex museo Realmuriano.*

#### A. LA GREBE DE RIVIERE NOIRASTRE.

*Colymbus fluviatilis nigricans.*

*Colymbi minoris aliud genus. Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 257. hujus icon satis accurata pag. 259.*

*Colymbus alter. Jonst. Avi. pag. 89. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. 48, sub titulo, Colymbus minor.*

Elle est de la grandeur & de la grosseur de la précédente. Elle n'en diffère que parce que sa couleur est un peu plus foncée ou noirâtre. On la trouve dans les rivières & les étangs.

Magnitudine & crassitie cum præcedente convenit. Ab illo tantum discrepat colore paululum saturatiore sive nigricante. Flumina & piscinas frequentat.

10. LA GREBE DE RIVIERE DE LA CAROLINE.

*Colymbus fuscus*, superne saturatiùs, infernè dilutiùs; pectore ad olivaceum vergente; gutture nigro; imo ventre fordidè albo; remigibus fuscis . . . COLYMBUS FLUVIATILIS CAROLINENSIS.

*Colymbus pedibus lobatis*, corpore fusco, rostro fascia sesquialtera. Podiceps. *Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 68. sp. 4.*

*Colymbus fuscus. Klein. Avi. pag. 150. N<sup>o</sup>. 5.*

Foulque à bec varié. *Catesb. Tom. 1. pag. 91; avec une figure exacte Pl. 91.*

Les Anglois l'appellent PIED BILL DOBCHICK. *Catesb.*

Præcedentem paululùm crassitie superat. Ipsiùs longitudo ab apice rostri ad uropygium extremum novem pollices & sex circiter lineas explet, & ad extremos ungue duodecim pollices & sex lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque tredecim lineas longum est; pes quindecim lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & septem lineas, extimus unum pollicem cum octo lineis, intimus unum pollicem; posticus autem quinque lineas. Alæ complicatæ uropygium attingunt. Partes capitùs & colli superiores tingit color saturatè fuscus. Dorsum, uropygium, pennæ scapulares, superioresque alarum tectrices fusco im-

Elle est un peu plus grosse que la précédente. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui du croupion est d'environ neuf pouces six lignes, & jusqu'à celui des ongles de douze pouces six lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a treize lignes de long; son pied quinze lignes; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, un pouce sept lignes, l'extérieur un pouce huit lignes, l'intérieur un pouce; & celui de derrière cinq lignes. Ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au croupion. Les parties supérieures de la tête & du col sont d'un brun foncé. Le dos, le croupion, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus des ailes sont d'un brun un peu moins foncé.

La gorge est noire. Les côtés de la tête & la partie inférieure du col sont d'un brun clair. La poitrine est de la même couleur, mais elle tire un peu sur l'olivâtre. Le ventre, les côtés & les jambes sont d'un blanc sale. Les plumes de l'aile sont brunes. Ses yeux sont assez grands, & entourés d'un cercle blanc. Le bec est gris, excepté l'origine du demi-bec inférieur, qui est noire. Une bande de la même couleur entoure le bec vers le milieu de sa longueur. Les pieds, les doigts, ainsi que leurs membranes, & les ongles sont gris. On la trouve à la *Caroline*, où elle se tient dans les étangs.

buuntur paulò minùs saturato. Guttur nigrum est. Caput ad latera, collumque inferius sunt dilutè fusca. Pectus eodem colore tingitur, sed nonnihil ad olivaceum vergit. Venter, latera & crura sordidè albicant. Alarum remiges fusca. Oculi magni, quos ambit circulus albus. Rostrum griseum, excepto mandibulæ inferioris exortu nigro. Tania similiter nigra mediam versùs longitudinem rostrum circumdat. Pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguæque grisei. Habitat in *Carolina*, ibique piscinas frequentat.

\*\* II. LA GREBE DE RIVIERE DE S. DOMINGUE.

*Voyez Pl. V. Fig. 2.*

*Colymbus superne nigricans, infernè cinereo-albo-argenteus, maculis fuscis aspersus; collo inferiore griseo-fusco-nigricante; remigibus ab octava ad undecimam usque cinereo-albis . . . . COLYMBUS FLUVIATILIS DOMINICENSIS.*

Elle est beaucoup moins grosse que *notre Grebe de riviere*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui du croupion est de sept pouces dix lignes, & jusqu'à celui des ongles de dix pouces cinq lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins

*Colymbo fluviatili nostrati* multum crassitie cedit. Ipsi longitudo à rostri apice ad uropygium extremum septem pollices & decem lineas æquat, & ad extremos ungues decem pollices & quinque lineas. Rostrum ab ipsius

ipſius apice ad oris angulos uſque tredecim cum ſemi lineas longum eſt; pes duodecim cum ſemi lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & ſex cum ſemi lineas, extimus ſeſquipollicem, intimus quatuordecim lineas; poſticus autem quatuor lineas. Alis expanſis, extremitates majorum remigum tredecim pollicum & decem linearum intervallo diſtant; alæ verò complicatæ ad uropygium uſque protendantur. Partes capitis & colli ſuperiores, dorſum, uropygium & ſcapulares pennæ nigricant. Scapulares ſuperiores maximâ longitudine pollent, & uropygium ferè extremum pertingunt. Spatium ab oris angulis ad oculos utrinque contentum plumis eſt denudatum. Caput ad latera, guttur, collumque inferiùs & ad latera ſunt ſaturatè grifeo-fuſca & ferè nigricantia. Pectus, venter, latera & crura colore tinguntur cinereo-albo-argenteo, minutis maculis fuſcis aſperſo. Feſtrices alarum inferiores omnes ex cinereo albicant. Superiores minores, ſicut & majores corpori ſinitimæ, ſunt nigrican-

de la bouche a treize lignes & demie de longueur; ſon pied douze lignes & demie; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, un pouce ſix lignes & demie, l'extérieur dix-huit lignes, l'intérieur quatorze lignes; & celui de derriere quatre lignes. Elle a treize pouces dix lignes de vol; & ſes aîles, lorsqu'elles ſont pliées, s'étendent juſqu'au croupion. Les parties ſupérieures de la tête & du col, le dos, le croupion & les plumes ſcapulaires ſont noirâtres. Les ſcapulaires ſupérieures ſont fort longues, & s'étendent preſque juſqu'au bout du croupion. L'eſpace contenu de chaque côté depuis les coins de la bouche juſqu'aux yeux, eſt dégarni de plumes. Les côtés de la tête, la gorge, la partie inférieure & les côtés du col ſont d'un gris-brun foncé & preſque noirâtre. La poitrine, le ventre, les côtés & les jambes ſont d'un gris-blanc-argenté, tout parſémé de petites taches brunes. Toutes les couvertures du deſſous des aîles ſont d'un gris-blanc. Les petites du deſſus, ainſi que les grandes les plus proches du corps, ſont noirâtres: les grandes les plus éloignées du corps ſont d'un gris-brun. L'aîle eſt compoſée de vingt-quatre plu-

mes : les sept premières sont d'un gris-blanc à leur origine & d'un gris-brun vers leur extrémité ; cette dernière couleur occupe beaucoup plus d'espace sur le côté extérieur que sur l'intérieur ; & ces plumes ont d'autant plus de gris-blanc, qu'elles sont plus proches du corps ; de façon que la septième n'a qu'une petite tache de gris-brun vers son extrémité : les quatre suivantes, sçavoir depuis la huitième jusqu'à l'onzième inclusivement, sont entièrement d'un gris-blanc ; cependant les trois premières de celles-là sont marquées d'une ligne grise, qui s'étend sur leur côté extérieur tout le long de leur tige : les trois qui suivent ces dernières, sçavoir depuis la douzième jusqu'à la quatorzième inclusivement, sont grises du côté extérieur, & d'un gris-blanc du côté intérieur : les cinq suivantes, sçavoir depuis la quinzième jusqu'à la dix-neuvième inclusivement, sont d'un gris-blanc, & bordées de gris seulement vers leur bout du côté extérieur ; cette couleur grise occupe d'autant plus d'espace, & est d'autant plus foncée, que la plume est plus proche du corps : les trois suivantes, sçavoir depuis la vingtième jusqu'à la vingt-deuxième inclusivement, sont d'un gris-

tes : majores à corpore remotiores griseo-fuscæ. Vingtiquatuor remigibus ala conflatur : septem primores in exortu cinereo-albæ, versus ipsarum extremitatem griseo-fuscæ ; color autem griseo-fuscus majus in latere exteriori spatium occupat quam in interiore ; & remiges istæ eò magis cinereo-albo tinguntur, quò fiunt corpori viciniore ; ita ut septima minutâ tantummodo maculâ griseo-fuscâ versus extremitatem notetur : quatuor proximè sequentes, ab octava scilicet ad undecimam usque inclusivè, penitus cinereo-albæ ; ex istis tamen tres primores lineâ insigniuntur griseâ, in latere exteriori secundum scapi longitudinem ductâ : tres quæ novissimas istas sequuntur, à duodecima scilicet ad decimam quartam usque inclusivè, in latere exteriori griseæ, in latere interiore cinereo-albæ : quinque proximè sequentes, à decima quinta scilicet ad decimam nonam usque inclusivè, cinereo-albæ, & solummodo versus apicem in latere exteriori griseo-fimbriatæ ; qui color griseus eò majus spatium occupat, &

ed saturatior est, quò remix fit corpori vicinior : tres quæ sequuntur, à vigesima scilicet ad vigesimam secundam usque inclusivè, in exortu cinereo-albæ, griseo-nigricante terminatæ; qui griseo-nigricans color majus spatium in latere exteriorè quàm in interiorè occupat : binæ tandem corpori finitimæ nigricant. Remix tertia reliquarum omnium longitudinem excedit. Rostrum nigrum. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, fusci; ungues verò nigricantes, albedo in extremitate fimbriati. Habitat in *Dominicensi Insula*; unde in *musæum Realmurianum* missus est à *D. Chervain*.

blanc à leur origine, & terminées de gris-noirâtre, cette couleur occupant plus d'espace du côté extérieur que du côté intérieur : enfin les deux plus proches du corps sont noirâtres. La troisième des plumes de l'aîle est la plus longue de toutes. Le bec est noir. Les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, sont bruns; les ongles sont noirâtres, & bordés de blanchâtre par le bout. On la trouve à *S. Domingue*, d'où elle a été envoyée à *M. de Reaumur* par *M. Chervain*.









Fig. 2.

2. *Petite Grebe hupée.*






Fig. 1.

Fig. 2.

Echelle de 6. pouces.


Dessiné et Gravé par Martinet.

1. Grebe. 2. Petite Grebe hupée.









Designé et Gravé par Martinot.

*Grebe hupée.*







Fig. 1.

Echelle de 6. pouces pour la 1.<sup>e</sup> Figure.

de riviere de S. Domingue.






Fig. 2.

Fig. 1.


1. Grebe Cornue.

2. Grebe de riviere de S. Domingue.

Echelle de 6. pouces pour la 1<sup>e</sup> Figure.

Desseiné & Gravé par Martinet.





# ORDO XX. ORDRE XX.

A V E S

LES OISEAUX

*Digitis tribus anticis, membranis integris inter se connexis, digito postico nullo: cruribus ad podicem positis, & intra abdomen conditis, præditæ.*

*Qui ont trois doigts devant, tous joints ensemble par des membranes entières, & point de doigt derriere: & les jambes placées tout-à-fait derriere, & cachées dans l'abdomen.*

**H**UJUS Ordinis Avium aliæ rostro donantur recto, acuto; aliæ rostro lateraliter plano, & transversim striato præditæ sunt. In duas sectiones dividimus: in prima continentur illæ quæ rostro donantur recto & acuto, ut *Uria*: in secunda verò eæ quæ rostrum habent lateraliter planum, transversim striatum, ut *Fratercula*, *Alca*.

**P**ARMI les Oiseaux de cet Ordre, les uns ont le bec droit & pointu; les autres ont le bec applati par les côtés, & cannelé transversalement. Je les divise en deux sections: dans la premiere sont ceux dont le bec est droit & pointu, comme le *Guillemot*: & dans la seconde ceux dont le bec est applati par les côtés, & cannelé transversalement, comme le *Macareux*, le *Pingoin*.

---

## SECTIO I.

## SECTION I.

*Eæ quæ rostrum habent rectum, acutum.*

*Ceux dont le bec est droit & pointu.*

**I**N illa sectione unicum continetur genus, scilicet *Uria*.

**C**ETTE section ne contient qu'un seul genre, qui est celui du *Guillemot*.

## XCII.

## XCII.

*Genre du Guillemot.**Genus Uria.*

Son caractère est d'avoir  
Trois doigts devant, tous joints  
ensemble par des membranes  
entières; & point de doigt  
derrière :

Les jambes placées tout-à-fait  
derrière, & cachées dans  
l'abdomen :

Le bec droit & pointu.

Hujus character est  
Digiti tres antici, membra-  
nis integris inter se con-  
nexi; digitus posticus nul-  
lus :

Crura ad podicem posita,  
& intra abdomen con-  
dita :

Rostrum rectum, acutum.

## \*\* I. LE GUILLEMOT.

*Voyez Pl. VI. Fig. 1.*

*Uria superne fusco-nigricans, inferne alba; gutture & collo inferiore fusco-nigricantibus; remigibus minoribus apice albis; reatricibus fusco-nigricantibus . . . . URIA.*

*Uria. Gesn. Avi. pag. 129.*

*Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 260.*

*Jonst. Avi. pag. 90.*

*Alca rostro lævi oblongo: mandibula superiore margine flavescente.*

*Lomwia. Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 63. sp. 4.*

*Lomwia. Clus. Exot. Aucuar. pag. 367.*

*Euf. Nieremb. pag. 236.*

*Jonst. Avi. pag. 129.*

*Lomwia Intulæ Farræ Hoieri. Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 20.*

*Willugh. Ornith. pag. 244. hujus icon satis accurata Tab. LXV, sub utulo, Lomwia Hoieri.*

*Raj. Syn. Avi. pag. 120. N°. 4.*

*Jomuvia. Charlet. Exer. pag. 102. N°. 12.*

*Lomben. Klein. Avi. pag. 148. N°. 8.*

*Klein. Avi. pag. 168. N°. III.*

*Cataractes. Mochr. Avi. Gen. 75.*

*Plautus rostro Larino. Klein. Avi. pag. 146. N°. 2.*

Poule de mer. *Alb. Tom. I. pag. 74; avec une figure mauvaise & mal colorée Pl. 84.*

*Les Grecs l'appellent ὀψα. Gefn.*

*Les Habitans de l'Isle Ferroë, LOMWIA. Cluf. Nieremb. LAMVIER.*

*Les Norvegois, LANGIRIE; LOMGIRIE; LOMVIFIRE.*

*Les Anglois, GUILLAM. Charlet. GUILLEMOT FROM GREENLAND. Alb.*

*Les Habitans de la Principauté de Galles, GUILLEM. Willugh. Raj.*

*Les Habitans du Comté de Northumberland, GUILLEMOT ou SEA-HEN. Willugh. Raj.*

*Les Habitans de la Province de Duresme, GUILLEMOT ou SEA-HEN. Willugh. Raj.*

*Les Habitans de la Province d'York, SKOUT. Willugh. Raj.*

*Les Habitans de la Province de Cornouailles, KIDDAW. Willugh. Raj.*

Cum *Anate* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo ab apice rostri ad caudam extremam unum pedem & quinque pollices æquat, & ad extremos unguis octodecim pollices & lineas binas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque duos pollices & novem lineas longum est; cauda duos pollices & totidem lineas; pes unum pollicem & quinque lineas; trium digitorum medius cum ungue unum pollicem & undecim lineas, extremus unum pollicem cum decem lineis, & intimus septemdecim lineas. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est unius pedis undecim pollicum & quatuor linearum; alæ verò complicatæ ad tres quartas longitudinis caudæ partes

Il est à peu près de la grosseur d'un *Canard*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'un pied cinq pouces, & jusqu'à celui des ongles de dix-huit pouces deux lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a deux pouces neuf lignes de long; sa queue deux pouces deux lignes; son pied un pouce cinq lignes; celui du milieu des trois doigts, joint avec l'ongle, un pouce onze lignes, l'extérieur un pouce dix lignes, & l'intérieur dix-sept lignes. Il a un pied onze pouces quatre lignes de vol; & ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'aux trois quarts de la longueur de la queue. La tête, la gorge, le col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des ailes & celles du dessus de la queue sont d'un brun-

noirâtre. La poitrine, le ventre, les jambes, les couvertures du dessous de la queue & les côtés sont blancs. Les petites & les moyennes couvertures du dessous des ailes sont de la même couleur : les plus grandes sont cendrées, & bordées de blanc. L'aile est composée de vingt-huit plumes : les dix premières sont d'un brun-noirâtre, & ayant une partie de leur côté intérieur d'un gris-blanc ; les trois premières ont aussi leur tige blanche jusque vers leur extrémité : les seize suivantes, savoir depuis l'onzième jusqu'à la vingt-sixième inclusivement, sont d'un brun-noirâtre, & terminées de blanc, cette dernière couleur occupant d'autant plus d'espace, que la plume est plus proche du corps : enfin les deux plus proches du corps sont entièrement d'un brun-noirâtre. La queue est composée de douze plumes d'un brun-noirâtre. Les deux du milieu sont un peu plus longues que les latérales, qui vont toutes en diminuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté qui est la plus courte. La couleur noirâtre de ces Oiseaux est plus ou moins foncée en différens individus. Le bec est noir : le bout de

usque protenduntur. Caput, guttur, collum, dorsum, uropygium, pennæ scapulares, alas superne vestientes, superioresque caudæ rectrices ex fusco-nigricant. Pectus, venter, latera, crura & pennæ caudam subtus obtinentes alben. Rectrices alarum inferiores minimæ & mediæ sunt similiter candidæ : majores cineræ, albo fimbriatæ. Alam componunt viginti octo remiges : decem primores sunt fusco-nigricantes, attamen in latere interiore partim cinereo-albæ ; tres primores scapo quoque donantur versùs extremitatem usque candido : sexdecim proximè sequentes, ab undecima scilicet ad vigesimam sextam usque inclusivè, fusco-nigricantes, albo terminatæ ; quæ albedo eò majus spatium occupat, quò remix fit corpori vicinior : binæ tandem corpori finitimæ penitus ex fusco nigricant. Duodecim rectricibus fusco-nigricantibus cauda conflatur. Binæ intermediæ lateraliùm longitudinem paululùm excedunt ; laterales verò gradatim longitudine minuuntur ad utrinque extimam usque breviorè. In variis istarum Avium individuis color



lor nigricans modò plus modò minùs est saturatus. Rostrum nigrum : hujus autem utraque mandibula est ad apicem utrinque nonnihil emarginata. Pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigri. Habitat in Septentrionalibus regionibus. Prope mare in re-  
pibus inaccessis nidificat. Uno incubitu ovum unicum ponit, ovum Anserinum crassitie æquans, viridescens, maculisque irregularibus nigricantibus varium. A *Kilda Insula* in *museum Reaumurianum* missa à *D. Morton*.

ses deux mandibules est un peu échancré de chaque côté. Les pieds, les doigts & leurs membranes, & les ongles sont noirs. On le trouve dans les pays du Nord. Il fait son nid près de la mer sur les rochers escarpés. Il ne pond à chaque couvée qu'un œuf gros comme celui d'une Oye, verdâtre & varié de taches irrégulières noirâtres. Il a été envoyé de *l'Isle S. Kilda* à *M. de Reaumur* par *Milord Morton*.

\*\* 2. LE PETIT GUILLEMOT.

*Uria superne nigricans, infernè alba; (gutturè & collo inferiore nigricantibus mas); (gutturè albo; collo inferiore obscurè cinereo fœmina); remigibus minoribus apice albis; rectricibus nigricantibus . . . URIA MINOR.*

*Alca rostro lævi conico, abdomine fasciaque alarum alba, pedibus nigris. Alle. Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 63. sp. 6.*

*Arctica. Moehr. Avi. Gen. 69.*

*Mergulus melanoleucos rostro acuto brevi D. Brown. Willugh. Ornith. pag. 261. fœminæ icon non satis accurata Tab. LIX.*

*Raj. Syn. Avi. pag. 125. N°. A. 5.*

*Plautus Columbarius. Klein. Avi. pag. 146. N°. 1.*

*Duyf Martensii. Klein.*

*Rottge of Rotttettetje. Klein. Avi. pag. 148. N°. 11.*

*Rotge of Rotttetergen. Klein. Avi. pag. 169. N°. VI.*

*Tourterelle de mer. Alb. Tom. 1. pag. 74; avec une figure mal coloriée du mâle Pl. 85.*

*Petit Plongeon noir & blanc. Edwards. Tom. II. pag. XCI; avec des figures assez exactes du mâle & de la femelle Pl. 91.*

*Tom. VI,*

K

*Les Anglois l'appellent GREENLAND DOVE ; SEA TURTLE. Alb.*  
*Les Habitans de l'Isle Ferroë, FULD-KOPPE.*

Il est à peu près de la grosseur d'un Pigeon. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de neuf pouces, & jusqu'à celui des ongles de neuf pouces huit lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a dix lignes de long ; sa queue un pouce six lignes ; son pied onze lignes ; celui du milieu des trois doigts, joint avec l'ongle, quinze lignes, l'extérieur treize lignes, & l'intérieur dix lignes. Il a treize pouces six lignes de vol ; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent presque jusqu'au bout de la queue. La tête, la gorge, le col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont noirâtres. La poitrine, le ventre, les jambes, les couvertures du dessous de la queue & les côtés sont blancs. Les petites couvertures du dessous des aîles sont d'un cendré-brun : les grandes sont blanches. Les grandes plumes de l'aîle sont d'un brun-noirâtre : les moyennes sont de la même couleur, & terminées de blanc, excepté pendant les quatre plus pro-

*Columbam* crassitie circiter amulatur. Ipsi longitudo ab apice rostri ad caudæ extremitatem novem pollices explet, & ad extremos unguis novem pollices & octo lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque decem lineas longum est ; cauda unum pollicem & sex lineas ; pes undecim lineas ; trium digitorum medius cum ungue quindecim lineas, extimus tredecim lineas, & intimus decem lineas. Alis expansis, extremitates majorum remigum tredecim pollicum & sex linearum intervallo distant ; alæ verò complicatæ caudam ferè extremam attingunt. Caput, guttur, collum, dorsum & uropygium vestiunt pennæ nigricantes. Scapulares, quæ alas superne obtegunt, superioresque caudæ teatrices concolores. Pectus, venter, latera, crura & pennæ caudam subtus cooperientes albicant. Teatrices alarum inferiores minores sunt cinereo-fuscæ : majores candidæ. Remiges majores fusco-nigricantes : minores eodem imbutæ colore, albo termina-

tae, exceptis tamen quatuor corpori vicinioribus per totam longitudinem nigricantibus. Caudam componunt quatuordecim rectrices similiter nigricantes. Binæ intermediæ lateralium longitudinem paululum excedunt; laterales verò sensim atque sensim longitudine minuuntur ad utrinque extimam usque breviorē. Rostrum nigrum: hujus autem utraque mandibula est ad apicem utrinque nonnihil emarginata. Pedes & digiti sunt obscurè rubescentes: ipsorum membranæ nigricantes; ungues verò nigri.

*Fœmina à mare* discrepat gutture albo, albedine scilicet utrinque versùs occipitium usque ascendente. Pars colli inferior est obscurè cinerea; qui color sensim atque sensim, versùs pectus procedendo, fit dilutior. Pennæ omnes alas subtrus obtegentes sunt cinereo-fuscæ. In reliquis cum *mare* perfectè convenit.

*Mare* plenum plerumque petit hæc Avis, & rarò juxta littora versatur. Ab *Insula Ferroensi* ad *D. de Marigni* missa est à *D. Thuro*.

ches du corps, qui sont noirâtres dans toute leur longueur. La queue est composée de quatorze plumes de la même couleur. Les deux du milieu sont un peu plus longues que les latérales, qui vont toutes en diminuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté, qui est la plus courte. Le bec est noir: le bout de ses deux mandibules est un peu échancré de chaque côté. Les pieds & les doigts sont d'un rougeâtre sombre: les membranes sont noirâtres; & les ongles noirs.

La femelle diffère du mâle en ce qu'elle a la gorge blanche; cette couleur remontant de chaque côté jusque vers l'occiput. La partie inférieure de son col est d'un cendré obscur, mais qui s'éclaircit peu à peu, en approchant de la poitrine. Toutes les couvertures du dessous des ailes sont d'un cendré-brun. Du reste elle ressemble parfaitement au mâle.

Cet Oiseau se tient ordinairement en pleine mer, & approche rarement des côtes. Il a été envoyé de l'*Iste Ferroë* à *M. le Marquis de Marigni* par *M. Thuro*.

\*\* 3. LE PETIT GUILLEMOT NOIR, APPELÉ VULGAIREMENT  
COLOMBE DE GROENLAND.

*Uria nigricans*; tectricibus alarum superioribus mediis, & majoribus corpori finitimis candidis; reetricibus nigricantibus . . . *URIA MINOR NIGRA*, *COLUMBA GROENLANDICA* VULGO DICTA.

*Uria. Moehr. Avi. Gen. 73.*

Alca rostro lævi subulato, abdomine maculaque alarum alba, pedibus rubris. *Grylle. Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 63. sp. 5.*

*Colymbus pedibus tridactylis palmatis. Faun. Suec. Linn. N<sup>o</sup>. 124.*

*Columba Groenlandica. Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen. 51. sp. 4.*

*Columba Groenlandica dicta. Willugh. Ornith. pag. 245.*

*Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 20.*

*Columba Groenlandica Hollandis. Raj. Syn. Avi. pag. 121. N<sup>o</sup>. 6.*

*Columbus Groenlandicus. Klein. Avi. pag. 168. N<sup>o</sup>. II.*

*Pigeon du Groenland. Anderf. Hist. d'Isl. & de Gro. Tom. II. pag. 54; avec une figure assez exacte Pl. I.*

*Colombe de Groenland. Alb. Tom. II. pag. 53; avec une figure passable du mâle Pl. 80. (Le bec est cependant trop court).*

*Les Suédois l'appellent SJOE-ORRE; GRISLA. Linn.*

*Les Habitans de l'Isle de Gothland, GRYLLE; GRAUTLE. Linn.*

*Les Habitans de l'Isle d'Oeland, ALLE. Linn.*

*Les Anglois, GREENLAND-DOVE. Willugh. Raj. Alb. SEA-TURTLE. Raj. SEA-TURTLE-DOVE. Willugh. Sibbald.*

rieur: enfin les cinq plus proches du corps sont entièrement grises. Ces cinq dernières sont fort longues, se terminent un peu en pointe, & s'étendent, lorsque l'aile est pliée, jusqu'au tiers de la longueur de la queue. La troisième plume de l'aile est la plus longue de toutes. La queue est composée de dix-huit plumes noirâtres. L'iris des yeux est de couleur de noisette: les bords des paupières sont blancs. Le bec est noirâtre. La partie des jambes qui est dégarinée de plumes, les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, sont de couleur de plomb foncé; & les ongles noirâtres. On la trouve dans la partie Septentrionale de l'*Amérique.* *Du cabinet de M. de Reaumur.*

5. L'OYE SAUVAGE DE LA BAYE DE HUDSON.

Anser superne obscurè fuscus, pectore concolore, infernè albus, fusco adumbratus; capite & collo candidis, vertice rufescente, collo superiore nigricante maculato; uropygio dilutè cinereo-cœrulescente; rectricibus obscurè fuscis, cinereo fimbriatis . . . . ANSER SYLVESTRIS FRETU HUDSONIS.

Anas grisea, subtus alba, rectricibus alarum dorsoque postico cœrulescentibus. Anser cœrulescens. *Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 61, sp. 10.*

Oie aux ailes bleues. *Edwards. Tom. III. pag. CLII; avec une figure exacte Pl. 152.*

*Les Anglois l'appellent BLUE-WINGED GOOSE. Edwards.*

Elle est à peu près de la grosseur de la nôtre. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ deux pieds sept pouces, & jusqu'à celui des ongles de deux pieds six pouces neuf lignes. Son bec depuis son bout jusqu'aux coins de la bouche a deux pouces de long; sa queue cinq pouces six lignes; la partie de ses jambes qui est dégarnie de plumes, sept lignes; son pied trois pouces: celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, est de la même longueur; l'extérieur a deux pouces dix lignes de long, l'intérieur deux pouces neuf lignes; & celui de derrière neuf lignes seulement. Ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent un peu au-delà des trois quarts de la longueur de la queue. La tête, & le col dans presque toute sa longueur sont blancs; le sommet de la tête est cependant roussâtre; & la partie supérieure du col est variée de taches noirâtres. Le bas du col, la partie supérieure du dos, les plumes scapulaires, la poitrine, & les côtés sont d'un brun som-

*Nostratem crassitie circiter æmulatur. Ipsi longitudo ab apice rostri ad caudæ extremitatem duos pedes & septem circiter pollices æquat, & ad extremos ungues duos pedes sex pollices & novem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque duos pollices longum est; cauda quinque pollices & sex lineas; pars crurum plumis denudata septem lineas; pes tres pollices: trium digitorum anticorum medius cum ungue eadem longitudine pollet; extimus duos pollices & decem lineas longus, intimus duos pollices cum novem lineis; posticus autem novem solummodo lineas. Alæ complicatæ nonnihil ultra tres quartas longitudinis caudæ partes extenduntur. Caput, collumque per totam ferè longitudinem albescent; capitis tamen vertex rufescit; & partem colli superiorem variegant maculæ nigricantes. Collum infimum, dorsi suprema pars, pennæ scapulares, pectus & latera obscurè fuscescunt. Dorsum infimum, uropy-*

gium, superioresque caudæ rectrices sunt dilute cinereo-cœrulescentes. Venter, crurum suprema pars & inferiores caudæ rectrices albicant quidem, sed pauco adumbrantur fusco. Rectrices alarum superiores omnes ex cinereo cœrulescunt. Remiges majores nigricant: minores eodem colore tinguntur, sed cinereo in latere exteriori & apice marginantur. Caudam componunt octodecim rectrices obscure fuscæ, cinereo fimbriatæ. Binæ intermediæ lateralium longitudinem paululum excedunt; laterales autem sensim atque sensim longitudine minuuntur ad utrinque extremam usque breviorē; unde fit caudæ extremitate rotundata. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, rubri; ungues verò nigri. Habitat in *Freto Hudsonis*.

bre. La partie inférieure du dos, le croupion & les couvertures du dessus de la queue sont d'un cendré-bleuâtre assez clair. Le ventre, le haut des jambes & les couvertures du dessous de la queue sont d'un blanc un peu nuancé de brun. Toutes les couvertures du dessus des ailes sont d'un cendré-bleuâtre. Les grandes plumes de l'aile sont noirâtres: les moyennes sont de la même couleur, mais elles sont bordées de cendré du côté extérieur & à leur bout. La queue est composée de dix-huit plumes d'un brun obscur, bordées de cendré. Les deux du milieu sont un peu plus longues que les latérales, qui vont toutes en diminuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté, qui est la plus courte; ce qui rend le bout de la queue arrondi. Le bec, la partie des jambes qui est dégarnie de plumes, les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, sont rouges; & les ongles noirs. On la trouve à la *Baye de Hudson*.

## 6. L'OYE DE MOSCOVIE:

Anser superne obscure fuscus, marginibus pennarum dilutionibus, inferne albus; tuberculo in exortu rostri carnosio, aurantio; paleari in gutture pendulo; (capite & collo

supremo fuscis *mas*); (capite, collo & pectore fulvis *fœmina*); rectricibus obscurè fuscis, albido fimbriatis . . .

ANSER MOSCOVITICUS.

Anser Rufficus. *Klein. Avi. pag. 129. N°. 5.*

Anser rostro semicylindrico atro basi gibbo, minor. Cygnoides Orientalis. *Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 61. sp. 2. var. 1.*

Oye de Moscovie. *Alb. Tom. II. pag. 58; avec des figures mal coloriées, du mâle Pl. 91, & de la femelle Pl. 92.*

Les Anglois l'appellent MUSCOVIAN GANDER. *Alb.*

Elle est plus grosse que l'Oye domestique. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ trois pieds trois pouces six lignes. Elle a cinq pieds sept pouces six lignes de vol. Sa tête & le haut du col sont d'un brun plus foncé sur la partie supérieure de la tête & le dessus du col que sur les côtés de la tête & la partie inférieure du col. Le dos est d'un brun sombre, les bords de chaque plume étant d'une couleur plus claire. Le bas du col, la poitrine, le ventre, le haut des jambes, le croupion, les couvertures du dessus & du dessous de la queue, celles du dessus & du dessous des ailes, & les côtés sont blancs. Toutes les plumes de l'aile sont de la même couleur. La queue est composée de plumes d'un brun obscur, bordées de blanchâtre. Les deux du milieu sont un peu plus longues que les latérales, qui vont toutes en di-

*Anserem domesticum* crassitie superat. Ipsiustudo ab apice rostri ad caudam extremam tres pedes totidem pollices & sex lineas explet. Alis expansis, extremitates majorum remigum quinque pedum septem pollicum & sex linearum intervallo distant. Caput & colulum supremum fusca sunt; in partibus capitis & colli superioribus saturatiùs quàm in capitis lateribus & collo inferiore. Dorsum vestiunt pennæ obscurè fuscæ, dilutiore colore marginatæ. Colulum infimum, pectus, venter, latera, crurum suprema pars, uropygium, pennæ caudam superne & infernè cooperientes, alarumque rectrices superiores & inferiores albescent. Remiges omnes concolores. Caudam componunt rectrices obscurè fuscæ, albido fimbriatæ. Binæ intermediæ lateralium

longitudinem nonnihil excedunt; laterales autem sensim atque sensim longitudine minuuntur ad utrinque extimam usque breviorum; unde fit cauda apice rotundata. Oculorum irides eleganter luteæ. Rostrum aurantium. Supra mandibulæ superioris exortum tuberculum attollitur rotundum, carnosum, eodem aurantio ac rostrum imbutum, at tamen in ipsius exortu nigrum, albo marginatum. Palear quoque extat sub gutture pendulum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, eleganter aurantii; unguis verò nigri.

*Fœmina* magnitudine paululum *mari* cedit. Ab illo coloribus quoque discrepat. Caput, guttur, collum & pectus tingit color fulvus, in partibus capitis & colli superioribus dilutior quàm in reliquis prædictis locis. Dorsum, uropygium, pennæ scapulares, superiores alarum tectrices & pennæ caudam superne cooperientes sunt obscurè fuscæ, marginibus pennarum dilutiore colore tinctis. Venter, latera & tectrices caudæ inferiores albicant. Pennæ cru-

minuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté, qui est la plus courte; ce qui rend le bout de la queue arrondi. L'iris des yeux est d'un beau jaune. Le bec est orangé. Sur l'origine du demi-bec supérieur s'élève un tubercule rond & charnu, du même orangé que le bec, excepté son origine, qui est noire & bordée de blanc. Sous la gorge pend aussi une espèce de membrane charnue. La partie des jambes qui est dégarnie de plumes, les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, sont d'un bel orangé; & les ongles noirs.

La *femelle* n'est pas tout-à-fait si grande que le *mâle*. Elle en diffère encore par ses couleurs. La tête, la gorge, le col & la poitrine sont fauves, cette couleur étant plus foncée sur les parties supérieures de la tête & du col qu'ailleurs. Le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des ailes & celles du dessus de la queue sont d'un brun sombre, chaque plume étant bordée d'une couleur plus claire. Le ventre, les couvertures du dessous de la queue & les côtés sont blancs. Les plumes

qui couvrent le côté extérieur du haut des jambes, sont de la même couleur que celles du dos; celles qui en couvrent le côté intérieur, sont blanches. Les plumes de l'aile & celles de la queue sont d'un brun sombre, & bordées de blanchâtre. Le reste est comme dans le *mâle*, excepté que le tubercule charnu qui est sur l'origine du demi-bec supérieur, n'est pas si gros.

On les trouve en *Moscovie*.

rum partem supremam exterius cooperientes pennis dorsum vestientibus concoloribus: quæ eandam partem interius obtegunt, albescunt. Alarum remiges, sicut & caudæ rectrices, sunt obscurè fuscæ, albido fimbriatæ. In reliquis cum *mare conuenit*; tuberculum tamen carnosum, in mandibulæ superioris exortu positum, non tantam crassitiem obtinet.

Habitant in *Moscovia*.

#### \*\* 7. L'OYE DE GUINÉE.

Anser superne griseo-fuscus, marginibus pennarum dilutionibus, infernè albus; tuberculo in exortu rostri carnosoluteo-aurantio; paleari in gutture pendulo; taniâ à capite ad dorsum per summum collum fuscâ; collo inferiore & pectore fulvis; rectricibus griseo-fuscis, albido fimbriatis...  
ANSER GUINEENSIS.

Anser Hispanicus, an potius Guineensis. *Willugh. Ornith. pag. 275.*

*Klein. Avi. pag. 129. N°. 4.*

Anser Hispanicus seu Cygnoides. *Marsil. Danub. Tom. V. pag. 104. hujus icon minùs accurata Tab. 50.*

Anser cygneus. *Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen. 48. sp. 3.*

Anser cygneus Guineensis. *Raj. Syn. Avi. pag. 138. N°. 8.*

Anser Chinesiensis. *Frisch. hujus icon satis accurata Tab. 153; & insuper per capitis icon accurata Tab. 154.*

Cygnus subfuscus, collo longiori, rostro latiori basi gibbo. *Browne. Nat. Hist. of Jamaic. pag. 480.*

Anas rostro semicylindrico, basi gibbo. *Faun. Suec. Linn. N°. 89.*

Anas rostro semicylindrico basi gibbo. *Cygnoides australis. Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 61. sp. 2.*

Oye d'Espagne. *Alb. Tom. I. pag. 79; avec une figure mal coloriée Pl. 91.*

Les Suédois l'appellent TURCKISK GOAS; SIBERISK GOAS. *Linn.*

Les Anglois, SWAN-GOOSE. *Willugh. Raj. SPANISH GOOSE. Alb.*

Les Anglois de la Jamaïque, CHINA GOOSE. *Browne.*

Cum



Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo ab apice rostri ad caudam extremam tres pedes quatuor pollices & totidem lineas æquat, & ad extremos unguis tres pedes totidem pollices & sex lineas. Rostrum ab ipsius extremitate ad oris angulos usque tres pollices longum est; cauda septem pollices; pars crurum plumis denudata octo lineas; pes tres pollices cum lineis binis; trium digitorum anticorum medius cum ungue tres pollices & novem lineas, extimus tres pollices & sex lineas, intimus duos pollices cum undecim lineis; posticus autem decem lineas. Alis expansis, extremitates majorum remigum quinque pedum sex pollicum & totidem linearum intervallo distant; alæ verò complicatæ nonnihil ultra tres quartas longitudinis caudæ partes extenduntur. Rostrum inter & oculos tænia extat candida, basim rostri ambiens. In parte colli superiore tænia extenditur longitudinalis fusca, à capite ad dorsum usque producta. Reliquum collum superius, caputque superius sunt grisea. Dorsum

Elle est à peu près de la longueur de la précédente. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de trois pieds quatre pouces quatre lignes, & jusqu'à celui des ongles de trois pieds trois pouces six lignes. Son bec depuis son bout jusqu'aux coins de la bouche a trois pouces de long; sa queue sept pouces; la partie de ses jambes qui est dégarinée de plumes, huit lignes; son pied trois pouces deux lignes; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, trois pouces neuf lignes, l'extérieur trois pouces six lignes, l'intérieur deux pouces onze lignes; & celui de derrière dix lignes. Elle a cinq pieds six pouces six lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent un peu au-delà des trois quarts de la longueur de la queue. Entre le bec & les yeux est une bande blanche, qui entoure la bête du bec. Sur la partie supérieure du col est une bande longitudinale brune, qui s'étend depuis la tête jusqu'au dos. La partie supérieure de la tête & le reste du dessus du col sont gris. Le dos & les plumes scapulaires sont d'un gris-brun; les bords de chaque plume étant d'une couleur un peu plus claire. La gorge, la partie inférieure

rière & les côtés du col, & la poitrine sont fauves. Le ventre, le haut des jambes, le croupion, & les couvertures du dessus & du dessous de la queue sont blanchâtres. Les côtés sont couverts de plumes grises, bordées de blanchâtre. Les petites couvertures du dessous des ailes sont de la même couleur : les grandes sont d'un gris-brun. Les petites du dessus, ainsi que les grandes les plus proches du corps, sont de la même couleur que les plumes du dos : les grandes les plus éloignées du corps sont brunes. Les grandes plumes de l'aile sont d'un brun-noirâtre : les moyennes sont grises, & bordées de blanchâtre extérieurement & par le bout. La queue est composée de dix-huit plumes d'un gris-brun, bordées de blanchâtre. Les deux du milieu sont un peu plus longues que les latérales, qui vont toutes en diminuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté, qui est la plus courte; ce qui rend le bout de la queue arrondi. L'iris des yeux est rougeâtre. Le bec est d'un jaune-orangé. Sur l'origine du demi-bec supérieur s'élève un assez gros tubercule charnu, du même jaune-orangé que le bec. Sous la gorge pend aussi une espece

& scapulares pennæ griseo-fuscæ, marginibus pennarum nonnihil dilutioribus. Guttur, collum inferius & ad latera, pectusque fulva. Venter, crurum suprema pars, uropygium, tectricesque caudæ superiores & inferiores candicant. Latera cooperiunt pennæ griseæ, albido marginatæ. Inferiores alarum tectrices minores concolores : majores griseo-fuscæ. Superiores minores, sicut & majores corpori viciniore, pennis dorsum vestientibus concolores : majores à corpore remotiores fuscæ. Remiges majores ex fusco nigricant : minores sunt griseæ, albido exteriùs & apice marginatæ. Cauda octodecim constat rectricibus griseo-fuscis, albido fimbriatis. Binæ intermedia lateraliùm longitudinem paululùm superant; laterales autem sensim atque sensim longitudine minuuntur ad utrinque extimam usque breviorè; unde fit cauda apice rotundata. Oculorum irides tubescunt. Rostrum luteo-aurantium. Supra mandibulæ superioris exortum crassiusculum attollitur tuberculum carnosum, eodem luteo-aurantio colore ac ros-

trum imbutum. Palear quod extat sub guttore pendulum. (In quibusdam individuis rostrum, tuberculumque carnosum nigricant.) Pars crurum plumis nudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, aurantii; ungues verò nigricantes. Habitat in *Guinea*. In *Vivario Regio* vivum observavi.

de membrane charnue. (Dans quelques-uns le bec & le tubercule charnu sont noirâtres.) La partie des jambes qui est dégarinée de plumes, les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, sont orangés; & les ongles noirâtres. On la trouve en *Guinée*. Je l'ai vue vivante à la *Ménagerie du Roi*.

8. L'OYE DE GAMBIE.

Anser superne obscurè purpureus, infernè albus; tuberculo in exortu rostri carnosio rubro; alis in anteriore parte calcari præditis . . . . ANSER GAMBENSIS.

Anser Gambensis. *Willugh. Ornith. pag. 275. hujus icon minimè accurata Tab. LXXI.*

*Raj. Syn. Avi. pag. 138. N° 9.*

Anser Chilensis. *Klein. Avi. pag. 129. N° 7.*

Les Anglois l'appellent GAMBO-GOOSE. *Willugh. Raj. SPUR-WINGED GOOSE. Raj.*

Crassitie *Anatem moschatam* adæquat; sed cruribus donatur magis elongatis. In corpore superiore est obscurè quidem, sed splendè, purpureus; in corpore inferiore albus. Ab aliis autem hujus generis speciebus præcipuè differt calcari quodam in utriusque alæ anteriori parte, scilicet versùs articulum carpo humano respondentem, posito. Rostrum rubrum. Supra mandibulæ su-

Elle est de la grosseur du *Canard musqué*; mais elle a les jambes plus allongées. Le dessus de son corps est d'un pourpre sombre, mais brillant; & le dessous est blanc. Ce qui la distingue le plus des autres espèces de ce genre, est une espèce d'éperon qu'elle a à la partie antérieure de chaque aîle, placé vers le pli qui répond à celui du poignet. Le bec est rouge. Sur l'origine du demi-bec supérieur s'éleve un tubercule

charnu, du même rouge que le bec. La partie des jambes qui est dégarnie de plumes, les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, sont rougeâtres. On la trouve dans le Royaume de *Gambie*.

terioris exortum tuberculum attollitur carnosum, eodem rubro ac rostrum imbutum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipforum membranæ, rubescunt. Habitat in *Gambensi* regno.

\*\* 9. L'OYE D'EGYPTE.

Voyez Pl. XXVII.

Anser superne obscurè, infernè dilutè rufescens, fusco transversim & undatim striatus; vertice albo; maculâ per oculos dilutè castaneâ; maculâ in pectore infimo castaneâ; uropygio splendide nigro; ventre fordidè albo; tectricibus alarum superioribus albis, majoribus taniâ transversâ nigrâ notatis; reetricibus nigris, exterius superne viridi colore variantibus . . . ANSER ÆGYPTIACUS.

Anser Hispanicus parvus. *Raj. Syn. Avi. pag. 138. N°. A. 1.*

Ganser des Anglois. *Alb. Tom. II. pag. 59; avec une figure mauvaïse & mal coloriée Pl. 93.*

Elle n'est guères plus grosse que le *Canard musqué*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de deux pieds deux pouces six lignes, & jusqu'à celui des ongles de deux pieds trois pouces. Son bec depuis son bout jusqu'aux coins de la bouche a vingt-cinq lignes de long; sa queue cinq pouces trois lignes; la partie de ses jambes qui est dégarnie de plumes, neuf lignes; son pied trois pouces; celui du mi-

*Anatem moschatam* crassitie non multùm excedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudæ extremitatem duos pedes totidem pollices & sex lineas æquat, & ad extremos ungues duos pedes & tres pollices. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque viginti quinque lineas longum est; cauda quinque pollices & tres lineas; pars crurum plumis denudata novem lineas; pes tres polli-

tes; trium digitorum anteriorum medius cum ungue tres pollices cum linea una, extimus duos pollices & decem lineas; intimus duos pollices cum sex lineis; posticus autem tredecim lineas. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est quatuor pedum & duorum pollicum; alæ verò complicatæ caudam extremam ferè pertingunt. Basim mandibulæ superioris ambiunt plumulæ dilutè castaneæ. Capitis vertex albicat. In utroque capitis latere majuscula extat macula dilutè castanea, in qua oculi siti sunt. Occipitium & collum superius sunt dilutè fulva: qui color, descendendo, magis magisque fit saturatior, ita ut mediam versùs colli longitudinem ad castaneum accedat. Genarum pars infima fordidè albicat. Guttur eodem imbuitur colore, & maculis castaneis variegatur. Dorsi suprema pars & scapulares pennæ sunt obscurè rufescentes, taniis transversis & undatis saturatè fuscis striatæ: scapularium tamen maxima pars eleganti castaneo tingitur. Dorsum infimum, uropygium & superiores caudæ tectrices sunt

lieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, trois pouces une ligne, l'extérieur deux pouces dix lignes, l'intérieur deux pouces six lignes; & celui de derrière treize lignes. Elle a quatre pieds deux pouces de vol; & ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent presque jusqu'au bout de la queue. La bête du demi-bec supérieur est entourée de petites plumes d'un marron clair. Le sommet de la tête est blanc. De chaque côté de la tête est une grande tache d'un marron clair, dans laquelle sont placés les yeux. L'occiput & la partie supérieure du col sont d'un fauve clair: cette couleur, en descendant; devient de plus en plus foncée, de façon que vers la moitié de la longueur du col elle approche du marron. Le bas des joues est d'un blanc sale. La gorge est de la même couleur, & tachetée de marron. La partie supérieure du dos & les plumes scapulaires sont d'un roussâtre obscur, varié de rayes transversales & en zigzags d'un brun foncé: la plus grande partie des scapulaires est cependant d'un beau marron. La partie inférieure du dos, le croupion & les couvertures du dessus de la queue sont d'un noir-brillant. Le haut de la partie inférieure

du col est d'un marron clair. Le bas de la partie inférieure du col, la poitrine, le haut des jambes & les côtés sont d'un rouffâtre clair, rayé de brun transversalement & en zigzags : sur le haut des jambes & les côtés le rouffâtre est beaucoup plus clair qu'ailleurs : & au bas de la poitrine est une assez grande tache de marron. Le ventre est d'un blanc sale. Les couvertures du dessous de la queue sont fauves. Parmi celles du dessous des aîles, les plus proches du corps sont blanches : les plus éloignées du corps sont noirâtres, & variées de rayes transversales & en zigzags blanchâtres. Les petites couvertures du dessus des aîles sont blanches : les grandes les plus proches du corps sont de la même couleur, & marquées vers leur extrémité d'une bande transversale noire : les grandes les plus éloignées du corps sont entièrement noires. L'aîle est composée de vingt-quatre plumes : les cinq premières sont noires : les treize suivantes, sçavoir depuis la sixième jusqu'à la dix-huitième inclusivement, sont de la même couleur du côté intérieur ; mais leur côté extérieur est d'un verdoré changeant en un violet éclatant ; la sixième est de plus

splendidè nigræ. Colli inferioris pars suprema est dilutè castanea. Colli inferioris pars infima, pectus, crurum suprema pars & latera dilutè rufescunt, & fusco transversim & undatim striantur ; crurum autem suprema pars & latera multò dilutiùs rufescunt quàm reliquæ prædictæ partes : & pectus infimum majusculâ insignitur maculâ castaneo colore imbutâ. Venter sordidè albicat. Pennæ caudam subtus obtegentes sunt fulvæ. Ex inferioribus alarum tectricibus, corpori viciniore albescent : à corpore remotiores nigricant, tæniisque transversis & undatis candicantibus striantur. Superiores alarum tectrices minores sunt albæ ; majores corpori finitimæ concolores, tæniâ transversâ nigrâ versùs ipsarum extremitatem notatæ : majores à corpore remotiores penitus nigræ. Viginti quatuor remigibus ala conflatur : quinque primores nigræ : tredecim proximè sequentes, à sexta scilicet ad decimam octavam usque inclusivè, in latere interiore concolores, in latere verò exteriori viridi-aureæ, violaceo colore splendido variantes ; sexta

LES OISEAUX, *Classe III. Ordre XXIV.* 287

maculâ infuper insignitur candidâ, in latere exteriorè versùs ipsius extremitatem collocatâ : quinque istas novissimas proximè sequentes, à decima nona scilicet ad vigesimam tertiam usque inclusivè, in latere exteriorè eleganter castaneæ, in interiorè griseo-fuscæ : vigesima quarta interiùs quoque griseo-fusca ; sed in latere exteriorè ex griseo rufescit. Cauda quatuordecim conflatur rectricibus, omnibus subtus nigris ; superne verò binæ intermediæ sunt nigræ, viridi colore variantes : laterales omnes in latere exteriorè concolores, in interiorè penitùs nigræ. Rectrices intermediæ lateralium longitudinem paululum excedunt ; unde fit cauda in extremitate obtusa. Oculorum irides albidæ : palpebræ rubescentes. Rostrum rubrum, exceptis tamen ipsius extremitate, narium ambitu & mandibulæ superioris superiore parte, sed solummodo in exortu, nigris. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, rubri ; ungues verò nigricantes. Piscinas frequentat. *Ex museo Reaumuriano, in quem ab Illuf-*

marquée d'une tache blanche, placée sur son côté extérieur vers son extrémité : les cinq qui suivent ces dernières, savoir depuis la dix-neuvième jusqu'à la vingt-troisième inclusivement, sont d'un beau marron du côté extérieur, & d'un gris-brun du côté intérieur : la vingt-quatrième est aussi d'un gris-brun du côté intérieur ; mais son côté extérieur est d'un gris-rouffâtre. La queue est composée de quatorze plumes, toutes noires en-dessous ; mais en-dessus les deux du milieu sont d'un noir changeant en verd : toutes les latérales sont de la même couleur du côté extérieur, & noires du côté intérieur. Les plumes du milieu de la queue sont un peu plus longues que les latérales ; ce qui rend le bout de la queue obtus. L'iris des yeux est blanchâtre : les paupières sont rougeâtres. Le bec est rouge, excepté son bout qui est noir, ainsi que le tour des narines & le dessus du demi-bec supérieur, mais seulement à son origine. La partie des jambes qui est dégarnie de plumes, les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, sont rouges ; & les ongles noirâtres. On la trouve sur les étangs. *Du cabinet de M. de Reaumur, à qui elle a été don-*

née par *Monseigneur l'Evêque trissimo Silvanedensi Episcopo*  
*de Senlis.* *copo missus est.*

## 10. L'OYE DE NEIGE,

Anser in toto corpore albus; remigibus quatuor vel quinque  
 primoribus nigris; reetricibus candidis . . . . ANSER  
 NIVEUS.

Anser grandinis. *Schwenck. Avi. Sil. pag. 213.*

Anser grandinis, nivis, hibernus, Schwenckfeldii. *Klein. Avi. pag. 130,*  
*Nº. 11.*

*Les Allemands l'appellent SCHNEE GANS; HAGEL GANS. Schwenck.*

Elle est à peu près de la grandeur & de la grosseur de l'Oye sauvage. Tout son corps est couvert de plumes blanches. Les quatre ou cinq premières plumes de l'aîle sont noires : toutes les autres sont blanches. La queue est composée de plumes de cette dernière couleur. J'ignore la couleur du bec & des pieds. On ne voit jamais cette espèce en été ; mais en hyver elle s'assemble par troupe.

*Cum Anser sylvestri magnitudine & crassitie circiter convenit. Universum corpus vestiunt pennæ albæ. Remiges alarum quatuor vel quinque primores sunt nigræ : reliquæ omnes candidæ. Caudam componunt reetrices concolores. Cujus coloris sint rostrum & pedes prorsus me latet. Æstate nunquam in conspectum veniunt hujus speciei Anseres ; hyeme autem gregatim volant.*

## \*\* 11. LE CYGNE.

Anser in toto corpore albus ; tuberculo in exortu rostri car-  
 noso nigro ; remigibus , reetricibusque candidis . . . .  
 CYGNUS.

Anser Cygnus. *Klein. Avi. pag. 128. Nº. 1.*

Cygnus. *Gesn. Avi. pag. 371. hujus icon non satis accurata pag. 372.*  
*Mus. Worm. pag. 299.*



- Jonst. Avi. pag. 90. hujus due icones non satis accuratae Tab. 48.*  
*Charlet. Exer. pag. 103. N<sup>o</sup>. X.*  
*Charlet. Onomazt. pag. 97. N<sup>o</sup>. X.*  
*Frisch. hujus icon accurata Tab. 152.*  
*Prosp. Alp. Ægypt. Vol. I. pag. 199.*  
*Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen. 48. sp. 2.*  
 Cygnus, Cycnus, Olor. *Gesn. icon. Avi. pag. 81, in qua hujus icon non satis accurata.*  
 Cygnus sive Olor. *Rzac. Hist. nat. Pol. pag. 278.*  
*Rzac. Auct. Hist. Nat. Pol. pag. 377.*  
 Cygnus mansuetus. *Willugh. Ornith. pag. 271. hujus icon non satis accurata Tab. LXIX.*  
*Raj. Syn. Avi. pag. 136. N<sup>o</sup>. A. 1.*  
*Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 21.*  
*Marfil. Danub. Tom. V. pag. 98. hujus icon satis accurata Tab. 47.*  
 Cignus. *Gaz. Rup. Best. hujus capitis icon satis accurata Tab 20.*  
 Cycnus. *Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 1.*  
 Olor. *Schwenck. Avi. Sil. pag. 310.*  
 Anas rostro semicylindrico ; cera flava ; corpore albo. *Faun. Suec. Linn. N<sup>o</sup>. 88.*  
 Anas rostro semicylindrico atro , cera flava , corpore albo. *Cygnus mansuetus. Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 61. sp. 1. var. 1.*  
 Cygne. *Alb. Tom. III. pag. 40 ; avec une figure mal coloriée Pl. 96.*  
*Bel. Hist. nat. des Ois. pag. 151 ; avec une figure peu exacte pag. 152.*  
 Cyne, Cygne. *Bel. Portr. d'Ois. pag. 30 a, dans laquelle est la même figure.*  
 Les Hébreux l'appellent TINSHEMET. *Aldrov.*  
 Les Arabes, BASKAK ; CINNANA , ou plutôt CINNARIA. *Aldrov.*  
 Les Grecs, Κύνος. *Bel. Gesn. Aldrov. Schwenck. Jonst. Charlet. Κύνος.*  
*Aldrov. Jonst. Προν ; Ο'σμή. Aldrov.*  
 Les Espagnols , CISNE. *Gesn. Aldrov.*  
 Les Italiens , CINO ; CIGNO. *Bel. Gesn. Aldrov.*  
 Les Vénitiens , CESANO. *Bel. Gesn. Aldrov.*  
 Les Ferrarois , CISANO. *Aldrov.*  
 Les Suisses , OELB. *Gesn. Aldrov. Schwenck. OELBS. Schwenck. ELBS. ou ELPS ; OELBSCH. Gesn. Aldrov.*  
 Les Saxons , OELB. *Gesn. Aldrov. Schwenck. OELBS. Schwenck. ELBS ou ELPS ; OELBSCH. Gesn. Aldrov.*  
 Les Allemands , SCHWAN. *Gesn. Schwenck. Rzac.*  
 Les Illyriens , LABUT. *Gesn. Aldrov.*  
 Les Polonois , LABEC. *Rzac. LABESC. Gesn.*  
 Les Suédois , SWAN. *Linn.*  
 Les Anglois , SWAN. *Gesn. Aldrov. Willugh. Charlet. TAME SWAN.*  
*Willugh. Raj. Ils appellent le jeune CYGNET. Charlet.*  
 Tom. VI.

C'est la plus grosse espece de ce genre. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pieds trois pouces sept lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pieds cinq pouces cinq lignes. Son bec depuis son bout jusqu'aux coins de la bouche a trois pouces six lignes de long; sa queue sept pouces cinq lignes; la partie de ses jambes qui est dégarnie de plumes, dix-huit lignes; son pied quatre pouces cinq lignes; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, cinq pouces neuf lignes, l'extérieur cinq pouces trois lignes, l'intérieur quatre pouces trois lignes; & celui de derrière treize lignes. Il a sept pieds deux pouces trois lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent environ jusqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. Tout son corps est couvert de plumes d'un blanc de neige. Celles des aîles & de la queue sont de la même couleur. Celles du milieu de la queue sont un peu plus longues que les latérales, qui vont toutes en diminuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté, qui est la plus courte; ce qui rend le bout de la queue obtus. Le

Hæc est hujus generis maxima species. Ipsi longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pedes tres pollices & septem lineas explet, & ad extremos unguis quatuor pedes quinque pollices & totidem lineas. Rostrum ab ipsius extremitate ad oris angulos usque tres pollices & sex lineas longum est; cauda septem pollices & quinque lineas; pars crurum plumis denudata octodecim lineas; pes quatuor pollices cum quinque lineis; trium digitorum anticorum medius cum ungue quinque pollices & novem lineas, extremus quinque pollices cum tribus lineis, intimus quatuor pollices & tres lineas; posticus autem tredecim lineas. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est septem pedum duorum pollicum & trium linearum; alæ verò complicatæ duas circiter tertias longitudinis caudæ partes attingunt. Per universum corpus pennis vestitur niveo candore nitentibus. Alarum remiges, sicut & caudæ rectrices, concolores. Rectrices intermediae lateralium longitudinem paululum ex-

cedunt; laterales autem gradatim longitudine minuuntur ad utrinque extimam usque breviorum; unde fit cauda in extremitate obtusa. Rostrum rubrum, exceptâ mandibulæ superioris extremitate nigrâ. Supra mandibulæ superioris exortum tuberculum attollitur crassiusculum, carnosum, nigrum, antrorsum inflexum. In utroque capitis latere, rostrum inter & oculum, spatium extat triangulare, eodem nigro ac tuberculum imbutum, & plumis destitutum. Quod spatium triangulum quodammodo refert ifocellum, cujus basis rostrum, vertex verò oculos spectat. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, plumbeo colore imbuti; ungues verò nigri.

*Fœmina à mare differt magnitudine quâ paululùm ei cedit, & tuberculo carnosum, supra mandibulæ superioris exortum posito, non ita crasso. In reliquis cum illo perfectè convenit. Ex museo Realmuriano.*

Hujus speciei juniores multùm grisei admixtum habent. Ipsorum rostrum plumbeo colore imbutur, ex-

bec est rouge, excepté le bout du demi-bec supérieur, qui est noir. Sur l'origine du demi-bec supérieur s'élève un assez gros tubercule charnu, d'un très-beau noir, & qui retombe en avant. De chaque côté de la tête, entre le bec & l'œil, est un espace triangulaire du même noir que le tubercule, & dégarni de plumes. Cet espace représente à peu près un triangle isocelle, dont la bête est appuyée sur le bec, & le sommet tourné vers les yeux. La partie des jambes qui est dégarnie de plumes, les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, sont de couleur de plomb; & les ongles noirs.

*La femelle diffère du mâle en ce qu'elle est un peu plus petite, & que le tubercule charnu qu'elle a sur l'origine du demi-bec supérieur, n'est pas si gros; Du reste elle lui ressemble parfaitement. Du cabinet de M. de Reaumur.*

Les jeunes de cette espèce sont mêlés de beaucoup de gris. Leur bec est de couleur de plomb, excepté le bout du de-

mi-bec supérieur, qui est noir. Il y a aussi de chaque côté une raye noire, qui s'étend depuis les narines jusqu'à la tête.

cepto mandibulæ superioris apice nigro. In utroque rostri latere tænia quoque extat nigra, à naribus ad caput usque protensa.

\*\* 12. LE CYGNE SAUVAGE.

Voyez Pl. XXVIII.

Anser in toto corpore albus; rostro in exortu luteo; remigibus, rectricibusque candidis . . . . CYGNUS FERUS.

Anser candidus, pedibus nigris, rostro luteo, cervice longiori. *Barr. Ornith. Class. I. Gen. II. sp. 5.*

Anser Cygnus. *Klein. Avi. pag. 128. N°. 1.*

Cygnus ferus. *Willugh. Ornith. pag. 272. hujus capitis icon satis accurata Tab. LXIX.*

*Raj. Syn. Avi. pag. 136. N°. A. 2.*

*Charlet. Exer. pag. 103. N°. X.*

*Charlet. Onomast. pag. 97. N°. X.*

*Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 21.*

*Marsil. Danub. Tom. V. pag. 98.*

Cygnus. *Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen. 48. sp. 2.*

Cygnus. *Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 10. hujus icon non satis accurata pag. 8; & insuper pulli icon nequaquam accuratior pag. 9.*

*Olor. Schwenck. Avi. Sil. pag. 310.*

Anas rostro semicylindrico; cera flava; corpore albo. *Faun. Suec. Linn. N°. 88.*

Anas rostro semicylindrico atro, cera flava, corpore albo. *Cygnus. Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 61. sp. 1.*

Cigne sauvage. *Edwards. Tom. III. pag. CL; avec une figure exacte Pl. 150.*

*Les Catalans l'appellent SIGNE. Barr.*

*Les Anglois, WILD SWAN. Willugh. Raj. Edwards. ELK. Willugh. Raj. Charlet. & quelques-uns, HOOPER. Willugh. Raj.*

Il est beaucoup moins gros que le précédent. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de trois pieds dix pouces six lignes, &

Præcedenti multum crassitie cedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudæ extremitatem tres pedes decem pollices & sex lineas æquat, &

ad extremos unguis tres pedes decem pollices cum tribus lineis. Rostrium ab ipsius apice ad oris angulos usque duos pollices & undecim lineas longum est; cauda septem pollices; pars crurum plumis denudata sexdecim lineas; pes tres pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue quatuor pollices & totidem lineas, extimus quatuor pollices, intimus tres pollices cum lineis binis; posticus autem novem tantummodo lineas. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est sex pedum & trium pollicum; alæ verò complicatæ nonnihil ultra mediam caudæ longitudinem extenduntur. Per universum corpus pennis vestitur albis. Caudam componunt viginti rectrices concolores, quarum intermediæ lateralium longitudinem paululum excedunt; laterales autem gradatim longitudine minuuntur ad utrinque extremam usque breviorum; unde fit cauda apice obtusa. Rostrium ab ipsius extremitate ad nares usque nigrum, inde ad exortum usque luteum: color autem luteus ad oculos usque protenditur; quod spatium plumis denudatur.

jusqu'à celui des ongles de trois pieds dix pouces trois lignes. Son bec depuis son bout jusqu'aux coins de la bouche a deux pouces onze lignes de long; sa queue sept pouces; la partie de ses jambes qui est dé-garnie de plumes, seize lignes; son pied trois pouces; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, quatre pouces quatre lignes, l'extérieur quatre pouces, l'intérieur trois pouces deux lignes; & celui de derrière neuf lignes seulement. Il a six pieds trois pouces de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent un peu au-delà de la moitié de la longueur de la queue. Tout son corps est couvert de plumes blanches. Sa queue est composée de vingt plumes de la même couleur, dont celles du milieu sont un peu plus longues que les latérales, qui vont toutes en diminuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté, qui est la plus courte; ce qui rend le bout de la queue obtus. Le bec est noir depuis son bout jusqu'aux narines; & de là jusqu'à son origine il est jaune: cette couleur continue jusqu'aux yeux, lequel espace est dé-garni de plumes. Les paupières sont pareillement jaunes.

La partie des jambes qui est dé-garnie de plumes, les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, sont d'un gris-brun; & les ongles bruns. On le trouve sur les rivières, les lacs & les étangs. *Du cabinet de Madame de Bandeville.*

Palpebræ similiter luteæ. Pars crurum plumis denu-data, pedes & digiti, sicut & ipforum membranæ, gri-seo-fusci; ungues verò fusci. Fluvios, lacus & stagna fre-quentat. *Ex museo D. de Bandeville.*

\*\* 13. L'OYE A DUVET OU L'EIDER.

*Voyez le mâle Pl. XXIX, & la femelle Pl. XXX.*

Anser superne albus, collo & pectore supremo concoloribus, infernè niger, medio uropygio concolore; summo capite splendè nigro, taniâ longitudinali in occipite candidâ; colli superioris parte supremâ dilutè viridi; rectricibus nigricantibus utrinque extimâ albido terminatâ. (*Mas*).

Anser fusco-rufescens, maculis transversis nigricantibus varius; ventre fusco; capite & collo supremo maculis longitudinalibus nigricantibus variegatis; rectricibus fuscis; (*Fœmina*) . . . ANSER LANUGINOSUS SIVE EIDER.

- Anser plumis mollissimis Willughbeji. *Klein. Avi. pag. 130. N° 10.*  
 Anas plumis mollissimis. *Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen. 48. sp. 8.*  
 Anas rostro semicylindrico: ungue obtuso; cera superne bifida rugosa. *Faun. Suec. Linn. N° 94.*  
 Anas rostro cylindrico, cera posticè bifida rugosa. Anas mollissima. *Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 61. sp. 12.*  
 Anas S. Cuthberti, seu Farnensis. *Willugh. Ornith. pag. 278. hujus icon non satis accurata Tab. LXXVI. (fœmina).*  
*Raj. Syn. Avi. pag. 141. N° A. 3. (fœmina).*  
 Eider, Anas plumis mollissimis. *Mus. Worm. pag. 302. Mus. Worm. pag. 310.*  
 Eider, Anas plumis mollissimis Wormii. *Willugh. Ornith. pag. 277. Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 21.*  
 Avis inter Anserem & Anatem feram media. *Mus. Best. pag. 36. N° 6. fœminæ icon pessima Tab. IX. N° 6.*  
 Berg-Ente. *Klein. Avi. pag. 169. N° IX.*  
 Canard à duvet. *Andersf. Hist. d'Isl. & de Gro. Tom. I. pag. 90. Andersf. Hist. d'Isl. & de Gro. Tom. II. pag. 68.*

LES OISEAUX, *Classe III. Ordre XXIV.* 295

Grand Canard noir & blanc. *Edwards. Tom. II. pag. XCVIII; avec des figures exactes du mâle & de la femelle Pl. 98.*

Les Allemands l'appellent EYDER-ENTE. *Andersf.*

Les Suédois, AED; AEDA; EIDER; GUDUNGE. *Linn.*

Les Norvégeois, EDDER ou EDDER-FUGL.

Les Islandois, AEDDER ou AEDER-FUGL. *Andersf.*

Les Habitans de l'Isle Ferroë, EIDER. *Worm. EDER-VOGEL.*

Les Anglois appellent la femelle CUTBERT-DUCK. *Willugh. Raj.*

*Anseri Ægyptiaco nonnihil crassitie cedit. Ipsi longitudo ab apice rostri ad caudam extremam unum pedem decem pollices & sex lineas explet, & ad extremos ungues unum pedem undecim pollices & octo lineas. Rostrium ab ipsius apice ad oris angulos usque duos pollices & quinque lineas longum est; cauda tres pollices & novem lineas; pars crurum plumis denudata septem lineas; pes unum pollicem & septem cum semi lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue duos pollices cum octo lineis; extremus eadem longitudine pollet; intimus duos pollices & totidem lineas longus; posticus autem decem lineas. Alis expansis, extremitates majorum remigum duorum pedum & octo pollicum intervallo distant; alæ verò complicatæ mediam circiter caudæ longitudinem attingunt. Summum caput nigro*

Il n'est pas tout-à-fait si gros que l'Oye d'Égypte. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'un pied dix pouces six lignes, & jusqu'à celui des ongles d'un pied onze pouces huit lignes. Son bec depuis son bout jusqu'aux coins de la bouche a deux pouces cinq lignes de long; sa queue trois pouces neuf lignes; la partie de ses jambes qui est dégarnie de plumes, sept lignes; son pied un pouce sept lignes & demie; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle; deux pouces huit lignes; l'extérieur est de la même longueur; l'intérieur a deux pouces deux lignes de long; & celui de derrière dix lignes. Il a deux pieds huit pouces de vol; & ses aîles lorsqu'elles sont pliées, s'étendent environ jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. Le sommet de la tête est d'un noir de velours: cette couleur s'étend sur le demi-bec supérieur, & forme trois poin-

tes assez aiguës, dont une est placée au milieu & est la plus courte, & une autre de chaque côté qui s'étend presque jusqu'aux narines : ce même noir descend aussi sur l'occiput, & forme deux bandes assez larges, dont le bout est arrondi, & qui sont séparées l'une de l'autre par une bande blanche fort étroite. Au-dessous de ces bandes la partie supérieure du col est teinte d'un verd très-clair, & cela dans l'espace d'environ deux pouces. Les côtés de la tête, la gorge, le reste du col, le dos, les plumes scapulaires & les côtés du croupion sont blancs. Le haut de la poitrine est dans les uns d'un blanc tirant sur le fauve-vineux, & dans d'autres il est tout-à-fait blanc. Le bas de la poitrine, le ventre, les côtés, le haut des jambes, le milieu du croupion, & les couvertures du dessus & du dessous de la queue sont d'un beau noir. Les plus petites couvertures du dessous des ailes, ainsi que les grandes les plus proches du corps, sont blanches : les moyennes, & les grandes les plus éloignées du corps sont cendrées, & terminées de blanc. Le bord de l'aile, au-dessous du pli qui répond à celui du poignet, est couvert de petites plumes qui sont en

imbuitur colore, holoserici villosi instar splendente : qui color supra mandibulam superiorem protenditur, ibique tres efformat cuspidas quarum una in medio posita & omnium brevissima, in utroque latere altera ferè ad nares usque producta : idem color niger per occipitium ducitur, & in eo binas efficit tæneas latiusculas, extremitate rotundatas, quasque alteram ab altera distinguit strictissima tænea candida. Infra tæneas istas partem colli superiorem per duorum circiter pollicum spatium tingit color dilutissimè viridis. Caput ad latera, guttur, reliquum collum, dorsum, pennæ scapulares & uropygii latera albicant. Summum pectus in aliis ex albo ad fulvo-vinaceum vergit, in alteris penitus albet. Imum pectus, ventrem, latera, crurum partem supremam, medium uropygium, tectricesque caudæ superiores & inferiores tingit color niger elegans. Tectrices alarum inferiores minimæ, sicut & majores corpori viciniore, sunt candidæ : mediæ, & majores à corpore remotiores cinereæ, albo terminatæ. Alarum margines, infra articulum



ticulum carpo humano ref-  
 pondentem, cooperiunt plu-  
 mulæ partim fuscæ partim  
 candidæ. Tectrices alarum  
 superiores minimæ & mediæ  
 albæ sunt: majores à corpore  
 remotiores nigricantes: ma-  
 jores medium locum obti-  
 nentes splendidè nigræ: ma-  
 jores corpori finitimæ can-  
 didæ. Alam componunt vi-  
 ginti septem remiges, qua-  
 rum decem primores nigri-  
 cant: decem proximè se-  
 quentes, ab undecima scili-  
 cet ad vigesimam usque in-  
 clusivè, in latere interiore  
 eodem imbutæ colore, in la-  
 tere exteriori splendido ni-  
 gro tinctæ: septem corpori  
 viciniore candidæ; ex istis  
 tamen prior vigesima prima  
 scilicet, nigro splendenti ex-  
 terius marginatur. Quæ sep-  
 tem novissimè dictæ remiges  
 in acutissimum mucronem  
 desinunt. Cauda sexdecim  
 confatur rectricibus nigri-  
 cantibus; utrinque tamen  
 extrema albido terminatur, &  
 scapo albo prædita est. Om-  
 nes autem rectrices in acu-  
 men desinunt. Binæ inter-  
 mediæ sunt longiores: late-  
 rales omnes sensim atque  
 sensim longitudine minuun-  
 tur ad utrinque extimam us-  
 que duabus intermediis unius

partie brunes & en partie blan-  
 ches. Les plus petites & les  
 moyennes couvertures du des-  
 sus des ailes sont blanches: les  
 grandes les plus éloignées du  
 corps sont noirâtres: celles  
 qui occupent le milieu, sont  
 d'un noir brillant: & les plus  
 proches du corps sont blan-  
 ches. L'aile est composée de  
 vingt-sept plumes: les dix pre-  
 mières sont noirâtres: les dix  
 suivantes, sçavoir depuis l'on-  
 zième jusqu'à la vingtième in-  
 clusivement, sont de la même  
 couleur du côté intérieur, &  
 d'un noir brillant du côté ex-  
 térieur: les sept plus proches  
 du corps sont blanches; cepen-  
 dant la première de celles-ci,  
 sçavoir la vingt-unième, est  
 bordée extérieurement de noir  
 brillant. Ces sept dernières plu-  
 mes se terminent en une pointe  
 très-aiguë. La queue est com-  
 posée de seize plumes noirâ-  
 tres; la plus extérieure de cha-  
 que côté est cependant termi-  
 née de blanchâtre, & a sa tige  
 blanche. Toutes ces plumes se  
 terminent en pointe. Les deux  
 du milieu sont les plus lon-  
 gues: toutes les latérales vont  
 en diminuant de longueur par  
 degrés jusqu'à la plus extérieure  
 de chaque côté, qui est plus  
 courte que les deux du milieu  
 d'un pouce cinq lignes. Le bec

est noirâtre, excepté son bout, qui s'éclaircit un peu. Les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, & les ongles sont noirâtres.

La femelle est à peu près de la même grandeur & de la même grosseur que le mâle, mais elle en diffère beaucoup par sa couleur. La tête, la gorge & la partie du col qui est la plus voisine de la tête sont couvertes de plumes d'un brun-rouffâtre sur leurs bords, & noirâtres dans leur milieu selon la longueur de leur tige. Celles qui couvrent la partie du col la plus voisine du corps, le dos, le croupion, la poitrine, les côtés & le haut des jambes, ainsi que les plumes scapulaires, & les couvertures du dessus & du dessous de la queue, sont d'un brun-rouffâtre marqué de taches transversales noirâtres. Le ventre est brun. Les plus petites & les moyennes couvertures du dessous des aîles, ainsi que les grandes les plus proches du corps, sont grises, quelques-unes étant variées d'un peu de blanchâtre : les grandes les plus éloignées du corps sont d'un cendré-brun. Les plus petites du dessus sont brunes, & bordées d'un gris-

pollicis & quinque linearum longitudine cedentem. Rostrum nigricat, nonnihil tamen in extremitate dilutiùs. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigricantes.

Fœmina magnitudine & crassitie cum mare circiter convenit; ab illo autem multum colore differt. Caput, guttur & partem colli capiti finitimam vestiunt pennæ ad margines fusco-rufescentes, in medio verò secundum ipsarum scapi longitudinem nigricantes. Quæ partem colli corpori viciniorum, dorsum, uropygium, pectus, latera & crurum partem supremam obtegunt, sicut & pennæ scapulares, tectricesque caudæ superiores & inferiores, ex fusco-rufescunt, & maculis transversis nigricantibus insigniuntur. Venter fusco tingitur colore. Tectrices alarum inferiores minimæ & mediæ, sicut & majores corpori viciniores, sunt griseæ, quibusdam pauco albido variegatis : majores à corpore remotiores cinereo-fuscæ. Superiores minimæ fuscæ, griseo-rufescente simbriatæ : mediæ nigricantes, marginibus fusco-rufescentibus præditæ ;

majores à corpore remotiores fusca : majores medium locum obtinentes eodem imbutæ colore, sed candido terminatæ : majores corpori finitimæ nigricantes, fusco-rufescente marginatæ. Vingt septem remigibus ala conflatur : undecim primores fusca : novem proximè sequentes, à duodecima scilicet ad vigesimam usque inclusivè, concolores, albo in extremitate fimbriatæ, sed tantum in latere exteriori ; ex quo, & simul extericum alarum albedine, binæ in utraque ala fiunt exiguæ tæniæ transversæ candidæ : septem tandem remiges corpori finitimæ nigricantes, fusco-rufescente exteriùs fimbriatæ. Caudæ rectrices fusca. Rostrum, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguisque eodem ac in mare colore imbuti.

In *Septentrionalibus* regionibus habitant. Quinque sexve ova ponunt in nido musco & ipsarum lanugine, ab ipsismet arreptâ, conflato. Pretiosè autem colligitur ista lanugo, quam gallicè *Ederdon* vocamus, & ex

*Jonst. Avi. pag. 95. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. 47.*

*Graculus palmipes, Corvus marinus, Mergus magnus niger. Charlet.*

*Exer. pag. 101. N° VI.*

*Charlet. Onomazt. pag. 95. N° VI.*

*Corvus aquaticus minor. Rzac. Auc. Hist. Nat. Pol. pag. 375.*



*Corvus aquaticus minor*, five *Graculus palmipes*. *Willugh. Ornith. pag. 249. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. LXIII.*

*Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 20.*

*Corvus aquaticus minor*, *Graculus palmipes dictus*. *Raj. Syn. Avi. pag. 123. N<sup>o</sup>. A. 4.*

*Plancus Corvus minor*, *aquaticus*. *Klein. Avi. pag. 145. N<sup>o</sup>. 6.*

*Cormoran*. *Hist. de l'Acad. Tom. III. Part. I. pag. 213; avec une figure peu exacte Pl. 31.*

*Les Anglois l'appellent SHAG. Willugh. Sibbald. SHAGGE. Willugh. Raj. SEA-CROW; COWT. Charlet.*


*Les Anglois Septentrionaux, CRANE. Willugh. Raj.*

Præcedenti multum crassitie cedit. Ipsi longitudo ab apice rostri ad caudæ extremitatem duos pedes & tres pollices æquat, & ad extremos unguis duos pedes unum pollicem & tres lineas. Rostrum ab ipsius unco ad oris angulos usque tres pollices longum est; cauda quinque pollices & sex lineas; pes quindecim lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue duos pollices & octo lineas, extimus tres pollices cum totidem lineis, intimus duos pollices; posticus autem quindecim lineas. Trium digitorum anticorum medii unguis est interiùs, ferræ instar, denticulatus. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est trium pedum & sex pollicum; alæ verò complicatæ ultra caudæ exortum nequaquam protrahuntur. Partes capitis &

Il est beaucoup moins gros que le précédent. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de deux pieds trois pouces, & jusqu'à celui des ongles de deux pieds un pouce trois lignes. Son bec depuis son crochet jusqu'aux coins de la bouche a trois pouces de long; sa queue cinq pouces six lignes; son pied quinze lignes; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, deux pouces huit lignes, l'extérieur trois pouces trois lignes, l'intérieur deux pouces; & celui de derrière quinze lignes. L'ongle du doigt du milieu des trois antérieurs est dentelé intérieurement comme une scie. Il a trois pieds six pouces de vol; & ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent pas au-delà de l'origine de la queue. Les parties supérieures de la tête & du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus


& du dessous de la queue sont d'un noir-vert assez brillant. La gorge est blanche. La partie inférieure du col, la poitrine & le haut du ventre sont d'un gris-blanc. Le bas-ventre, les jambes & les côtés sont d'un gris-brun. Les couvertures du dessous des ailes sont d'un gris varié de blanchâtre. Les petites & les moyennes du dessus, ainsi que les grandes les plus proches du corps, sont de la même couleur que le dos : les grandes les plus éloignées du corps sont noirâtres. L'aile est composée de trente plumes : les grandes sont de la même couleur que ces dernières couvertures : les moyennes sont d'un noir-vert. La queue est composée de douze plumes noirâtres. Les deux du milieu sont un peu plus longues que les latérales, qui vont toutes en diminuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté, qui est la plus courte ; ce qui rend le bout de la queue arrondi. L'iris des yeux est d'un rouge clair. L'espace contenu de chaque côté entre le bec & l'œil est dégarni de plumes, & couvert seulement d'une peau rouge. Le demi-bec supérieur est noir ; l'inférieur est d'un gris-rougeâtre dans les uns, & d'un verd-jaunâtre dans d'au-

colli superiores, dorsum, uropygium, pennæ scapulares, tectricesque caudæ superiores & inferiores sunt splendide nigro-viridescentes. Guttur albicat. Pars colli inferior, pectus & venter supremus cinereo-albo colore tinguntur. Venter imus, crura & latera ex griseo fuscescunt. Pennæ alas subtus obtegentes sunt griseæ, albido variegatæ. Superiores alarum tectrices minimæ & mediæ, sicut & majores corpori finitimæ, dorso concolores : majores à corpore remotiores nigricantes. Alam componunt triginta remiges, quarum majores eodem imbuuntur colore ac nuper descriptæ tectrices ipsæ tinguntur : minores ex nigro viridescunt. Duodecim rectricibus nigricantibus cauda constat. Binæ intermedia lateralium longitudinem paululum excedunt ; laterales verò gradatim longitudine minuuntur ad utrinque extimam usque brevioram ; unde fit cauda in extremitate rotundata. Oculorum irides dilute rubræ. Spatium rostrum inter & oculum utrinque contentum plumis est denudatum, & solummodo cute rubrâ oblitum. Mandi-




*oran.*





Donné et Gravé par Martinet.

Cormoran.



**LES OISEAUX**, *Classe III. Ordre XXV.* 519  
 bula superior nigra; inferior  
 in aliis griseo-rubescens, in  
 alteris viridi-flavicans. Pedes  
 & digiti, sicut & ipsorum  
 membranæ, fusci; ungues  
 verò nigri. Juxta maris littora  
 versatur, lacusque frequen-  
 tat. Præcedentis instar, mo-  
 dò in rupibus, modò in ar-  
 boribus nidificat. *Ex museo*  
*Realmuriano.* tres. Les pieds & les doigts,  
 ainsi que leurs membranes, sont  
 bruns; & les ongles noirs. On  
 le trouve sur les bords de la mer  
 & sur les lacs. Comme le pré-  
 cédent, il fait son nid tantôt  
 dans les rochers, tantôt sur  
 les arbres. *Du cabinet de M. de*  
*Reaumur.*

**CXII.**

*Genus Onocrotali.*

Hujus character est  
 Digiti quatuor, omnes mem-  
 branis integris inter se  
 connexi :

Crura circa corpus medium  
 & extra abdomen posita,  
 corpore breviora :

Rostrum rectum, horizonta-  
 liter planum, apice adun-  
 cum :

Guttur bursâ inflabili inf-  
 tractum.

In omnibus hujus generis  
 Avibus nares nequaquam  
 sunt conspicuæ.

**CXII.**

*Le genre du Pélican.*

Son caractère est d'avoir  
 Quatre doigts, tous joints en-  
 semble par des membranes  
 entières :

Les jambes avancées vers le  
 milieu du corps & hors de  
 l'abdomen, & plus courtes  
 que le corps :

Le bec droit, aplati horizon-  
 talement & crochu vers le  
 bout :

Une poche membraneuse sous  
 la gorge.

Tous les Oiseaux de ce genre  
 n'ont point de narines apparen-  
 tes.

**\*\* I. LE PÉLICAN.**

Onocrotalus albus, ad carneum colorem nonnihil inclinans;  
 remigibus majoribus nigris; rectricibus candidis . . . . .  
**ONOCROTALUS.**

- Onocrotalus gula faccata. *Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen. 50. sp. 1.*  
 Onocrotalus. *Gesn. Avi. pag. 630, in qua hujus icon minùs accurata.*  
*Gesn. icon. Avi. pag. 94, in qua eadem icon.*  
*Bell. Obs. pag. 90.*  
*Charlet. Exer. pag. 100. N<sup>o</sup>. 1.*  
*Charlet. Onomazt. pag. 94. N<sup>o</sup>. 1.*  
*Moehr. Avi. Gen. 65.*
- Onocrotalus seu Pelecanus. *Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 42. hujus icones non satis accuratæ, maris pag. 48, & fæminæ pag. 49.*  
 Onocrotalus sive Pelecanus Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag. 246. hujus icon non satis accurata Tab. LXIII.*  
*Raj. Syn. Avi. pag. 121. N<sup>o</sup>. 1.*
- Onocrotalus, sive Pelecanus Aldrovandi, Willughbei. *Marsil. Danub. Tom. V. pag. 74. hujus icon satis accurata Tab. 35.*  
 Onocrotalus, seu Pelicanus. *Jonst. Avi. pag. 91. maris & fæminæ icones ab Aldrovando mutuatæ Tab. 46.*  
 Onocrotalus, Truo. *Schwenck. Avi. Sil. pag. 311.*  
 Onocrotalus Avis. *Bont. Ind. Ori. pag. 67. hujus icon minimè accurata pag. 68.*  
 Onocrotalus Plinio; Pelicanus Bellonio, Aldrovando; Truo Festo. *Rzac. Hist. nat. Pol. pag. 288.*  
 Onocrotalus Gæneri; Pelecanus Bellonii & Aldrovandi; Truo Festi. *Rzac. Aut. Hist. nat. Pol. pag. 399.*  
 Pelicanus gula faccata. Onocrotalus. *Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 66. sp. 1.*  
 Plancus Gulo. Onocrotalus albus. *Klein. Avi. pag. 142. N<sup>o</sup>. 1.*  
 Atototl, Onocrotalus Mexicanus non dentatus. *Hernand. Hist. Mex. pag. 673, in qua hujus icon minimè accurata.*  
 Alcatraz. *Euf. Nieremb. pag. 223.*  
 Pelican. *Bel. Hist. nat. des Ois. pag. 153; avec une mauvaise figure pag. 154.*  
*Hist. de l'Acad. Tom. III. Part. III. pag. 189; avec une figure exacte Pl. 26.*  
*Edwards. Tom. II. pag. XCII; avec une figure exacte Pl. 92.*  
 Pelican, Livane. *Bel. Port. d'Ois. pag. 30 b, dans laquelle il y a une mauvaise figure.*  
 Les Hébreux l'appellent KIK ou HAKIK. *Aldrov.*  
 Les Chaldéens, CATHA. *Aldrov.*  
 Les Arabes, KUK. *Aldrov. ALHAUTEL. Klein. ALHAUSAL. Charlet.*  
 Les Perses, KIK. *Aldrov.*  
 Les Grecs, Ονοκροταλος. *Bel. Gesn. Aldrov. Schwenck. Πελοκαυ. Aldrov. Πελεκάνης. Bel.*  
 Les Turcs, SACKAGUSCH. *Gesn. Aldrov.*  
 Les Espagnols, GRÓTO. *Gesn. Aldrov.*



LES OISEAUX, *Classe III. Ordre XXV.* 521

*Les Italiens*, GROTTO; GROTTO MARINO; AGROTTO; UCCELLO D'EL  
DUCHA. *Gesn. Aldrov.* GROTTO MOLINARO. *Gesn. Aldrov. Marfil.*  
PELECANO. *Aldrov.*

*Les Romains*, TRUO. *Charlet. Klein.*

*Les Habitans de Mantouë*, AGROTTI. *Bel.*

*Les Habitans de Sienne*, AGROTTI. *Bel.* AGROTTO. *Aldrov.*

*Les Savoyards aux environs du Lac de Genève & de Lausanne*, GOUT-  
TREUSE. *Gesn. Aldrov. Charlet.*

*Les Allemands*, MEER - GANSS. *Gesn.* SACK - GANS; SCHNEE - GANS.  
Schwenck. Rzac. KROPF - GANS. Rzac. KROPFF - GANS; VIELFRAS  
Schwenck.

*Les Bas-Allemands aux environs de Malines*, VOGEL - HEINE. *Gesn.*  
*Aldrov.*

*Les Autrichiens*, ON - VOGEL. *Gesn. Aldrov.* OHN - VOGEL. *Schwenck.*

*Les Polonois*, BAK; BAK CUDZOZIEMSKI. *Rzac.*

*Les Russiens*, BABA. *Rzac.*

*Les Suédois*, WATTUDRAGAREN. *Linn.*

*Les Flamands*, VOKEL VAN ETNA. *Bel. Aldrov.*

*Les Brabançons*, LIVANE ou LIBANE. *Bel. Gesn.*

*Les Anglois*, PELECANE. *Willugh. Raj.* PELLICAN. *Charlet.*

*Les Mexiquains*, ALCATRAZ. *Aldrov.* ATOTOTL. *Hernand.*

Duplicem ferè *Cygni* cras-  
sitiem obtinet. Ipsius longi-  
tudo ab apice rostri ad cau-  
dam extremam quinque pe-  
des duos pollices & novem  
lineas æquat, & ad extre-  
mos unguis quinque pedes  
& tres pollices. Rostrum ab  
ipsius unco ad oris angu-  
los, ultra oculos protensus,  
unum pedem & quinque pol-  
lices longum est, & per to-  
tam ferè longitudinem unius  
pollicis & octo linearum la-  
titudine pollet. Cauda sep-  
tem pollices longa; pes tres  
pollices cum lineis binis;  
trium digitorum anticorum  
medius cum ungue quatuor

Il a presque le double de la  
grosseur d'un *Cygne*. Sa longueur  
depuis le bout du bec jusqu'à  
celui de la queue est de cinq  
pieds deux pouces neuf lignes,  
& jusqu'à celui des ongles de  
cinq pieds trois pouces. Son  
bec depuis son crochet jus-  
qu'aux coins de la bouche, qui  
s'étendent au-delà des yeux, a  
un pied cinq pouces de long,  
& un pouce huit lignes de large  
dans presque toute sa longueur;  
sa queue sept pouces; son pied  
trois pouces deux lignes; ce-  
lui du milieu des trois doigts  
antérieurs, joint avec l'ongle,  
quatre pouces dix lignes, l'ex-  
térieur quatre pouces sept lig-

nes, l'intérieur trois pouces six lignes; & celui de derrière deux pouces deux lignes. Il a onze pieds de vol; & ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au bout de la queue. La tête, le col & tout le corps sont couverts de plumes d'un blanc tirant tant soit peu sur le couleur de chair. Les scapulaires, les couvertures du dessus & du dessous des ailes, & celles du dessus & du dessous de la queue sont de la même couleur; dans quelques-uns il y a cependant quelques petites plumes noires sur le bord de l'aile vers le pli qui répond à celui du coude. Les plumes qui couvrent le col, sont fort petites; & ressemblent à du duvet: celles de l'occiput sont un peu plus longues que les autres, & forment une espèce de hupe. Les grandes plumes de l'aile sont noires: les moyennes sont blanches. La queue est composée de vingt plumes de cette dernière couleur. Les deux du milieu sont tant soit peu plus longues que les latérales. Les côtés de la tête sont dégarnis de plumes, & couverts seulement d'une peau d'un couleur de chair clair. Les yeux sont placés dans cet espace nud: leur iris est d'un gris-jaunâtre dans les uns, & de couleur de

pollices & decem lineas, extimus quatuor pollices & septem lineas, intimus tres pollices cum sex lineis; posticus autem duos pollices & lineas binas. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est undecim pedum; alæ verò complicatæ caudam extremam attingunt. Caput, collum, universumque corpus vestiunt pennæ albæ, ad carneum colorem non nihil inclinantes. Scapulares, alas superne & inferne cooperientes, rectricesque caudæ superiores & inferiores concolores; in aliquibus tamen quædam sunt plumulæ nigræ, ad margines alarum, versus articulum cubito humano respondentem, positæ. Pennæ collum obtegentes sunt minutissimæ, & lanuginis æmulæ: quæ occipitium cooperiunt, reliquis paulò longiores, & cristam quodammodo efficientes. Remiges alarum majores sunt nigræ: minores candidæ. Cauda viginti constat rectricibus similiter candidis. Binæ intermediæ lateraliū longitudinem paululum excedunt. Caput ad latera plumis denudatur, & cute carneo colore diluto tinctâ solummodo obducitur. In illo spatio plumis de-

mutato oculi siti sunt : ipso-  
rum irides in aliis griseo-flavi-  
cantes, in alteris obscurè avel-  
laneæ. Supra mandibulam su-  
perioiorem costa quædam at-  
tollitur coccinea, per totam  
illius longitudinem extensa,  
& unco satis acuto termina-  
ta : mandibula superior in re-  
liquis versùs ipsius exortum  
pallidè rubet, versùs extre-  
mitatem flavicat : mandibula  
inferior penitùs pallidè ru-  
bet. Bursa inflabilis sub gut-  
ture pendula, & per totam  
mandibulæ inferioris longi-  
tudinem extensa, illiusque  
bina latera connectens, fla-  
vescit. Pedes & digiti, sicut  
& ipsorum membranæ, plu-  
mbeo colore imbuti ; un-  
gues verò grisei. Juxta maris  
littora versatur, & flumina  
magna, lacusque frequentat.  
*Ex museo Realmuriano.*

noisette sombre dans d'autres.  
Sur le demi-bec supérieur s'é-  
lève une espece de côte d'un  
rouge vif, qui s'étend dans  
toute sa longueur, & se termine  
par un crochet assez pointu :  
le reste du demi-bec supérieur  
est d'un rouge pâle vers son  
origine, & jaunâtre vers son  
extrémité : le demi bec infé-  
rieur est entièrement d'un rouge  
pâle. La poche membraneuse  
qui est sous la gorge, & qui s'é-  
tend dans toute la longueur du  
demi-bec inférieur, dont elle  
réunit les deux côtés, est jau-  
nâtre. Les pieds & les doigts,  
ainsi que leurs membranes, sont  
de couleur de plomb ; & les on-  
gles gris. On le trouve sur les  
bords de la mer, sur les grandes  
rivieres & sur les lacs. *Du ca-  
binet de M. de Reaumur.*

A. LE PÉLICAN A BEC DENTELÉ.

Onocrotalus rostro denticulato.

Atototl Alcatraz, Onocrotalus Mexicanus dentatus. *Hernand. Hist. Mex. pag. 672, in qua hujus icon non satis accurata.*

Atototl, seu Avis aquatica. *Fern. Hist. Nov. Hisp. pag. 41. cap. CXAVIII.*

Les Mexiquains l'appellent ATOTOTL ; ALCATRAZ. *Hernand.*

A præcedente solummodo  
differt rostro denticulato, &  
croceo colore imbuto. Pe-  
des & digiti, sicut & ipso-

Il ne diffère du précédent  
qu'en ce que son bec est den-  
telé, & de couleur de safran.  
Ses pieds & ses doigts, ainsi

que leurs membranes, sont de couleur de safran tirant sur le rouge. On le trouve au *Mexique*. *rum membranæ, ex croceo colore ad rubrum inclinant. Habitat in Mexico.*

\*\* 2. LE PÉLICAN BRUN.

*Onocrotalus cinereo-fuscus*, superne mediis pennarum candidantibus; capite & collo candidis; remigibus majoribus nigris; rectricibus cinereo-fuscis . . . *ONOCROTALUS FUSCUS.*

*Onocrotalus pedibus cœruleis & brevioribus, rostro cochleato. Feuillée. Journ. des Obs. phys. pag. 257. (ed. 1725).*

*Onocrotalus sive Pelecanus fuscus. Sloane. Voy. of Jamaic. pag. 322. N<sup>o</sup>. I.*

*Raj. Syn. Avi. pag. 191, N<sup>o</sup>. 3.*

*Pelecanus gula faccata. Onocrotalus f. Pelecanus fuscus. Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 66. sp. 1. var. 1.*

*Pelecanus subfuscus, gula distensili. Browne. Nat. Hist. of Jamaic. pag. 480.*

*Plancus Gulo. Onocrotalus fuscus. Klein. Avi. pag. 142. N<sup>o</sup>. 1.*

*Alcatrazes grandes de la Isla Espanola de Oviedo. Sloane.*

*Pélican. Voy. de la B. de Hud. Tom. I. pag. 52; avec une figure exacte Pl. I.*

*Pélican de l'Amérique. Edwards. Tom. II. pag. XCIII; avec une figure exacte Pl. 93.*

*Grand Gofier. Du Tertre. Hist. des Antil. Tom. II. pag. 271; avec une figure peu exacte pag. 246. N<sup>o</sup>. 14.*

*Les Anglois l'appellent PELECAN. Raj. PELECAN. Sloane. PELICAN. Browne.*

Il est un peu plus gros que l'Oye domestique. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de trois pieds onze pouces neuf lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pieds. Son bec depuis son crochet jusqu'aux coins de la bouche, qui s'étendent au-delà des yeux, a quinze pouces trois lignes de

*Crassitie Anserem domesticum paululum antecellit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudæ extremitatem tres pedes undecim pollices & novem lineas æquat, & ad extremos ungues quatuor pedes. Rostrum ab ipsius unco ad oris angulos, ultra oculos protensus, quindecim polli-*

ces & tres lineas longum est; cauda sex pollices & totidem lineas; pes tres pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue quatuor pollices cum totidem lineis, extimus quatuor pollices & lineas binas, intimus tres pollices cum totidem lineis; posticus autem unum pollicem & decem lineas. Alis expansis, extremitates majorum remigum septem pedum intervallo distant; alæ verò complicatæ ad caudæ extremitatem pertingunt. Caput & collum vestiunt pennæ candidæ: candor autem in acumen medium versùs dorsum usque porrigitur. Pennæ partem capitis posteriorem obtegentes reliquas paululùm longitudine superant, & cristam quodammodo efficiunt. Dorsum, uropygium, pennæ scapulares, superioresque caudæ tectrices sunt cinereo-fuscæ, mediis pennarum candidantibus. Pectus, venter, latera, crura & inferiores caudæ tectrices cinereo-fusco quoque tinguntur; sed absque ulla alterius coloris mixtura. Tectrices alarum inferiores omnes, superioresque minimæ & mediæ, sicut & majores corpori fini-

long; sa queue six pouces six lignes; son pied trois pouces; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, quatre pouces quatre lignes, l'extérieur quatre pouces deux lignes, l'intérieur trois pouces trois lignes; & celui de derrière un pouce dix lignes. Il a sept pieds de vol; & ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au bout de la queue. La tête & le col sont couverts de plumes blanches: cette couleur s'étend en pointe jusque vers le milieu du dos. Les plumes de la partie postérieure de la tête sont un peu plus longues que les autres, & forment une espece de hupe. Le dos, le croupion, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus de la queue sont d'un cendré-brun, le milieu de chaque plume étant blanchâtre. La poitrine, le ventre, les côtés, les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont pareillement d'un cendré-brun, mais sans mélange d'autre couleur. Toutes les couvertures du dessous des ailes, les petites & les moyennes du dessus, ainsi que les grandes les plus proches du corps, sont de la même couleur que les plumes du dos: les grandes les plus éloignées du corps

font d'un cendré-brun. Toutes les plumes qui couvrent le dos & le croupion, ainsi que les couvertures du dessus & du dessous des ailes, se terminent un peu en pointe. Les grandes plumes de l'aile sont noires en-dessus, & d'un cendré obscur en-dessous : les moyennes sont d'un cendré-brun. La queue est composée de dix-huit plumes de cette dernière couleur. Les deux du milieu sont un peu plus longues que les latérales. Les côtés de la tête sont dégarnis de plumes, & couverts seulement d'une peau blanchâtre. Les yeux sont placés dans cet espace nud : leur iris est d'un cendré-bleu très-foncé. Le bec est verdâtre vers son origine, & d'un cendré-bleu mêlé d'un peu de rouge vers son extrémité. Le demi-bec supérieur n'est pas si applati que celui des autres espèces de ce genre, & est un peu moins large vers le milieu de sa longueur qu'à ses extrémités. La poche membraneuse qui est sous la gorge, & qui s'étend dans toute la longueur du demi-bec inférieur, dont elle réunit les deux côtés, est d'un cendré-bleuâtre varié de petites lignes rougeâtres. Les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, sont de couleur de plomb ; & les ongles

timæ, pennis dorsum vestientibus concolores : majores à corpore remotiores cinereo-fuscæ. Pennæ omnes dorsum & uropygium obtinentes, alarumque rectrices superiores & inferiores non nihil in acumen desinunt. Remiges majores sunt superne nigrae, subtus obscure cinereæ : minores cinereo-fuscæ. Cauda octodecim constat rectricibus pariter cinereo-fuscis. Binæ intermedia lateralium longitudinem paululum excedunt. Caput ad latera plumis denudatur, & cute candicante solummodo obducitur. In illo spatio plumis denudato oculi siti sunt : ipsorum irides saturatissime cinereo-cœruleæ. Rostrum versus ipsius exitum viridescens, versus extremitatem cinereo-cœruleum, aliquâ rubedine mixtum. Mandibula superior non ita plana est quàm in aliis hujus generis speciebus, & mediam versus longitudinem minorem quàm in extremitatibus latitudinem obtinet. Bursa inflabilis sub gutture pendula, & per totam mandibulæ inferioris longitudinem extensa, illiusque binæ latera connectens, ex cinereo cœrulescit, lineolisque

rubescens variegatur. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, plumbeo colore imbuti; ungues verò nigri. Habitat in *America*.  
*Ex museo Realmuriano.*

noirs. On le trouve en *Amerique*. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

\*\* 3. LE PÉLICAN DES PHILIPPINES.

*Voyez Pl. XLVI.*

*Onocrotalus superne griseo-cinereus, infernè albus, uropygio concolore; capite & collo candicantibus, taniâ in collo superiore longitudinali fusco & albido variegatâ; remigibus majoribus cinereo-nigricantibus; rectricibus cinereo-albis, scapis nigricantibus, lateralibus interiùs in exortu candidis . . . ONOCROTALUS PHILIPPENSIS.*

*On l'appelle dans les Isles Philippines PAGALA.*

Præcedentem multùm crassitie superat. Ipsiùs longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pedes quinque pollices & tres lineas explet, & ad extremos ungues quatuor pedes quinque pollices & sex lineas. Rostrum ab ipsius unco ad oris angulos, ultra oculos extensos, quatuordecim pollices longum est; cauda septem pollices; pes tres pollices cum linea unica; trium digitorum anticorum medius cum ungue quatuor pollices & decem lineas, extimus quatuor pollices & sex lineas, intimus tres pollices

Il est beaucoup plus gros que le précédent. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pieds cinq pouces trois lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pieds cinq pouces six lignes. Son bec depuis son crochet jusqu'aux coins de la bouche, qui s'étendent au-delà des yeux, a quatorze pouces de long; sa queue sept pouces; son pied trois pouces une ligne; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, quatre pouces dix lignes, l'extérieur quatre pouces six lignes, l'intérieur trois pouces cinq lignes; & celui de derrière deux

pouces une ligne. Il a sept pieds cinq pouces six lignes de vol ; & ses aîles , lorsqu'elles sont pliées , s'étendent jusqu'aux trois quarts de la longueur de la queue. La tête & le col sont couverts de petites plumes blanchâtres & très-douces au toucher : chaque plume est brune à son origine , mais cette couleur paroît fort peu. Sur le dessus du col , depuis l'occiput jusque vers le dos , s'étend un rang de plumes plus longues que les autres , douces comme de la soye , & variées de brun & de blanchâtre : celles qui partent de l'occiput , ont jusqu'à deux pouces de longueur , & forment une jolie huppe. La partie supérieure du dos & les plumes scapulaires sont d'un gris-cendré. Le bas de la partie inférieure du col , la poitrine , le ventre , les côtés , les jambes , les couvertures du dessous de la queue , celles du dessous des aîles , la partie inférieure du dos & le croupion sont blancs. Les couvertures du dessus de la queue sont d'un blanc tirant un peu sur le gris. Les petites du dessus des aîles , ainsi que les grandes les plus proches du corps , sont d'un gris-cendré , les tiges & les bords des plus petites étant d'une couleur un peu plus claire : les

cum quinque lineis ; posticus autem viginti quinque lineas. Alis expansis , extremitates majorum remigum septem pedum quinque pollicum & sex linearum intervallo distant ; alæ verò complicatæ ad tres quârtas longitudinis caudæ partes usque protendantur. Caput & collum plumulis vestiuntur candicantibus & tactu mollissimis : quælibet autem plumula est in exortu fusca , qui fuscus color est minimè conspicuus. Supra collum superius , ab occipitio scilicet versùs dorsum usque , series extenditur pennarum reliquis longiorum , serici instar , mollissimarum , fusco & albedo variegatarum : quæ ab occipitio oriuntur , duorum pollicum longitudinem obtinent , elegantemque cristam efficiunt. Dorsi suprema pars & scapulares pennæ sunt griseo-cinereæ. Colli inferioris pars infima , pectus , venter , latera , crura , inferiores caudæ tectrices , pennæ alas subtus obtegentes , dorsum infimum & uropygium albescent. Pennæ caudam superne cooperientes ex albo nonnihil ad griseum colorem vergunt. Superiores alarum tectrices minores , sicut & majores corpori



corpori viciniore, sunt griseo - cinerea, minimarum scapo & marginibus colore nonnihil dilutiore imbutis : majores à corpore remotiores, sicut & alæ nothæ penne, cinereo - nigricantes. Alam componunt triginta sex remiges, quarum decem primores ex cinereo nigricant : viginti sex reliquæ sunt in exortu candidæ, in reliqua longitudine obscure cinereo-albæ, & scapo nigricante præditæ. Corpori viciniore, dum ala complicitur, majorum remigum extremitates attingunt. Octodecim rectricibus cauda conflatur : binæ intermediae cinereo-albæ : laterales omnes concolores, attamen in latere interiore versùs ipsarum exortum candidæ : candidior autem eò majus spatium occupat, quò rectrix exterior fit : omnes insuper caudæ rectrices scapo nigricante donantur. Caput ad latera plumis est denudatum, & cute albo - rubescente solummodo obductum. In illo spatio plumis denudato oculi siti sunt. Rostrum ex albo rubescit ; mandibulam tamen superiorem in utroque illius latere variegat macularum fuscescentium series. Bursa

Tom. VI.

grandes les plus éloignées du corps, ainsi que les plumes de l'aile bâtarde, sont d'un cendré-noirâtre. L'aile est composée de trente-six plumes : les dix premières sont d'un cendré-noirâtre : le vingt-six autres sont blanches à leur origine, & d'un gris-blanc sombre dans le reste de leur longueur, avec leur tige noirâtre. Les plus proches du corps s'étendent, lorsque l'aile est pliée, aussi loin que les plus grandes plumes de l'aile. La queue est composée de dix-huit plumes : les deux du milieu sont d'un gris-blanc : toutes les latérales sont de la même couleur, excepté leur côté intérieur, qui est blanc vers leur origine : cette dernière couleur s'étend d'autant plus loin, que la plume est plus extérieure : de plus toutes les plumes de la queue ont leur tige noirâtre. Les côtés de la tête sont dégarnis de plumes, & couverts seulement d'une peau d'un blanc-rougeâtre. Les yeux sont placés dans cet espace nud. Le bec est d'un blanc-rougeâtre ; mais le demi-bec supérieur est varié sur chacun de ses côtés d'un rang de taches brunâtres. La poche qui est sous la gorge, & qui s'étend dans toute la longueur du demi-bec inférieur, dont elle réunit les deux côtés, est blanchâtre. Les

Xxx

pieds, les doigts, ainsi que leurs membranes, & les ongles sont rouges. On le trouve dans les *Istes Philippines*. Il a été envoyé de l'*Iste de Lucon* à M. l'*Abbé Aubry*, qui le conserve dans son cabinet.


inflabilis sub gutture pendula, & per totam mandibulæ inferioris longitudinem extensa, illiusque bina latera connectens, candicat. Pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque rubri. Habitat in *Philippensibus Insulis*. A *Lucionensi Insula* in museum D. *Aubry* missus est.






*des Philippines.*






Desiné & Gravé par Martin.

*Pelican des Philippines.*





# ORDO XXVI. ORDRE XXVI.

*A V E S*

*LES OISEAUX*

*Digitis quatuor ; tribus anterioribus membranis integris inter se connexis , postico soluto : cruribus circa corpus medium & extra abdomen positis , corpore longioribus.*

*Qui ont quatre doigts , dont les trois antérieurs sont joints ensemble par des membranes entières , & le postérieur séparé : & les jambes avancées vers le milieu du corps & hors de l'abdomen , & plus longues que le corps.*

**H**UJUS Ordinis Avium aliæ rostro donantur denticulato ; alteræ rostro edentulo præditæ sunt. In duas sectiones illas dividimus : in prima continentur eæ quæ rostrum habent denticulatum , ut *Phœnicopterus* : in secunda autem illæ quæ rostrum habent edentulum , ut *Avocetta* , *Corrira*.

**P**ARMI les Oiseaux de cet Ordre les uns ont le bec dentelé ; les autres ont le bec sans dentelures. Je les divise en deux sections : dans la première sont ceux qui ont le bec dentelé , comme le *Flamant* : & dans la seconde ceux qui ont le bec sans dentelures , comme l'*Avocette* , le *Coureur*.

---

## SECTIO I.

## SECTION I.

*Eæ quæ rostro donantur denticulato.*

*Ceux dont le bec est dentelé.*

**U**NICO genere , *Phœnicopteri* scilicet , constituitur hæc sectio.

**I**L n'y a dans cette section qu'un seul genre , sçavoir celui du *Flamant*.

Omnium hujus generis Avium rostrum mediam versus longitudinem deorsum incurvatur : ipsarum mandibula inferior superiore latior est.

Le bec de tous les Oiseaux de ce genre est courbé en enbas vers le milieu de sa longueur ; leur mandibule inférieure est plus large que la supérieure.

## CXIII.

*Le genre du Flamant.*

Son caractère est d'avoir quatre doigts, dont les trois antérieurs sont joints ensemble par des membranes entières, & le postérieur est séparé :

Les jambes avancées vers le milieu du corps & hors de l'abdomen, & plus longues que le corps :

Le bec dentelé, courbé en enbas vers le milieu de sa longueur :

La mandibule inférieure plus large que la supérieure.

Les Oiseaux de ce genre ont la partie inférieure des jambes dégarnie de plumes.

## CXIII.

*Genus Phœnicopteri.*

Hujus character est Digiti quatuor, tres scilicet antici membranis integris inter se connexi, posticus solutus :

Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore longiora :

Rostrum denticulatum, mediam versus longitudinem deorsum incurvum :

Mandibula inferior superiore latior.

Hujus generis Avium crura in parte infima plumis denudantur.

## \*\* I. LE FLAMANT.

Voyez Pl. XLVII. Fig. 1.

Phœnicopterus coccineus ; remigibus plerisque nigris ; retricibus coccineis . . . . PHŒNICOPTERUS.

Phœnicopterus ruber, remigibus primoribus nigris. Phœnicopterus ruber. Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 72. sp. 1.



LES OISEAUX, *Classe III. Ordre XXVI.* 533

- Phœnicopterus ex cinereo puniceus, minori rostro. *Barr. Ornith. Class. I. Gen. VIII. sp. 1.*
- Phœnicopterus roseus. *Barr. Ornith. Class. I. Gen. VIII. sp. 2.*
- Phœnicopterus Guianensis, crassiori rostro, totus phœniceus. *Barr. Ornith. Class. I. Gen. VIII. sp. 3.*
- Phœnicopterus phœniceus, rostro falcato, ad extremum nigro. *Barr. Hist. Fr. Eq. pag. 140.*
- Phœnicopterus pullus, vertice & angulis alarum coccineis. *Browne. Nat. Hist. of Jamaic. pag. 480.*
- Phœnicopterus. *Gesn. Avi. pag. 689. hujus icon non satis accurata pag. 690.*  
*Gesn. icon. Avi. pag. 136, in qua eadem icon.*  
*Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 319. hujus icones non satis accuratæ pag. 321 & 322.*  
*Jonst. Avi. pag. 102. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. 50.*  
*Willugh. Ornith. pag. 240. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. LX.*  
*Raj. Syn. Avi. pag. 117. N<sup>o</sup>. 2.*  
*Sloane. Voy. of Jamaic. pag. 321. N<sup>o</sup>. XVII.*  
*Raj. Syn. Avi. pag. 190. N<sup>o</sup>. 1.*  
*Charlet. Exer. pag. 108. N<sup>o</sup>. III.*  
*Charlet. Onomazt. pag. 102. N<sup>o</sup>. III.*  
*Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen. 47. sp. 1.*
- Phœnicopterus Auctorum. *Moehr. Avi. Gen. 59.*
- Phœnicopterus Plinii, Aldrovandi. *Klein. Avi. pag. 126. Lit. B.*
- Phœnicopterus Americanus. *Seb. Vol. I. pag. 103. hujus icon satis accurata Tab. LXVII. fig. 1.*
- Phœnicopterus Avis. *Mus. Worm. pag. 309.*
- Avis quam Hispani Flamenco vocant. *Joan. de Laët. Nov. Orb. pag. 13.*
- Flamenco. *Jonst. Avi. pag. 130.*
- Flamant. *Catesb. Tom. 1. pag. 73; avec une figure exacte Pl. 73; & de plus une figure exacte de la tête Pl. 74.*
- Flamant ou Flambant. *Bel. Hist. Nat. des Ois. pag. 199.*
- Flambant ou Flaman. *Du Tertre. Hist. des Antil. Tom. II. pag. 267; avec une assez mauvaise figure pag. 246. N<sup>o</sup>. 12.*
- Flammant ou Flamboyant. *Alb. Tom. II. pag. 51; avec une figure mauvaise & mal coloriée Pl. 77.*
- Flamand. *Kolbe. Descrip. du C. de B. Esp. Tom. III. pag. 142; avec une mauvaise figure pag. 172. N<sup>o</sup>. 3.*
- Becharu. *Hist. de l'Acad. Tom. III. Part. III. pag. 43; avec une assez mauvaise figure Pl. 9.*
- Les Grecs l'appellent Φοινικόπτερος. *Bel. Gesn. Aldrov. Klein.*
- Les Portugais, FLAMINGO. *Kolbe.*
- Les Espagnols, FLAMENCO. *De Laët. Jonst.*

*Les Anglois*, FLAMINGO. *Raj. Sloan.* *Browne. Caesb.* FLAMENGO. *Alb.*

PHENICOPTER. *Charlet.*

*Les Indiens de Cayenne*, Tococo. *Barr.*

Il n'est pas tout-à-fait si gros que la *Cigogne blanche*; mais il a les jambes & le col plus allongés. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pieds quatre pouces, & jusqu'à celui des ongles de six pieds. Son bec depuis son bout jusqu'aux coins de la bouche a quatre pouces trois lignes de long; sa queue cinq pouces six lignes; la partie de ses jambes qui est dégarinée de plumes, neuf pouces six lignes; son pied treize pouces trois lignes, celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, trois pouces six lignes, l'extérieur trois pouces, l'intérieur deux pouces neuf lignes; & celui de derrière six lignes seulement. Il a cinq pieds un pouce de vol; & ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au bout de la queue. Cet Oiseau change de couleur à mesure qu'il avance en âge. Dans sa jeunesse, c'est-à-dire, la première année, tout son corps est couvert de plumes variées de blanc & de gris: il faut cependant en excepter la plupart des plumes de l'aile qui sont noires. Son bec est gris, excepté son extré-

*Ciconia albæ paululum* crassitie cedit; sed cruribus donatur & collo magis elongatis. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pedes & totidem pollices æquat, & ad extremos unguis sex pedes. Rostrum ab ipsius extremitate ad oris angulos usque quatuor pollices & tres lineas longum est; cauda quinque pollices & sex lineas; pars crurum plumis denudata novem pollices cum sex lineis; pes tredecim pollices & tres lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue tres pollices & sex lineas, extimus tres pollices, intimus duos pollices cum novem lineis; posticus autem sex lineas tantum. Alis expansis, extremitates majorum remigum quinque pedum & unius pollicis intervallo distant; alæ verò complicatæ caudam extremam attingunt. Hæc Avis, ætate provehendo, colore variat. In juventute, primo scilicet anno, universum corpus vestiunt pennæ albo & griseo variegatæ, exceptis tamen plerisque alarum remigibus

nigris. Rostrum griseum, attamen in extremitate nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipforum membranæ, unguesque grisei.

Secundo ætatis anno caput, guttur, collum, univsumque corpus albicans, cum aliqua rosei coloris mixtura. Pennæ caudam superne & inferne cooperientes concolores. Scapulares, rectrices alarum superiores omnes, inferioresque minores sunt roseo colore vivido imbutæ: inferiores alarum rectrices majores nigræ. Remiges simili nigro tinctæ; ex illis tamen excipiendæ sunt quædam corpori viciniore scapularibus concolores. Caudam componunt sexdecim rectrices roseo colore pallido imbutæ. Rostrum pallidè rubrum, exceptâ extremitate nigrâ. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipforum membranæ, unguesque eodem imbuuntur rubro ac rostrum ipsum tingitur.

Tertio ætatis anno cocconeo colore penitus tingitur; attamen pleræque remiges sunt nigræ. Rostrum in aliis

mité, qui est noire. La partie de ses jambes qui est dégarnie de plumes, les pieds, les doigts, ainsi que leurs membranes, & les ongles sont gris.

Dans la seconde année la tête, la gorge, le col & tout le corps sont d'un blanc mêlé d'une légère teinte de couleur de rose. Les couvertures du dessus & du dessous de la queue sont de la même couleur. Les plumes scapulaires, toutes les couvertures du dessus des ailes, & les petites du dessous sont d'un couleur de rose vif: les grandes couvertures du dessous des ailes sont noires. Les plumes de l'aile sont pareillement noires, si l'on en excepte quelques-unes des plus proches du corps, qui sont de la même couleur que les scapulaires. La queue est composée de seize plumes d'un couleur de rose pâle. Le bec est d'un rouge pâle, excepté son extrémité qui est noire. La partie des jambes qui est dégarnie de plumes, les pieds, les doigts, ainsi que leurs membranes, & les ongles sont du même rouge que le bec.

Dans la troisième année il est entièrement d'un rouge vif, excepté la plûpart des plumes de l'aile, qui sont noires. Les

uns ont le bec rouge, les autres l'ont jaune; mais dans tous l'extrémité en est noire. La partie des jambes qui est dégarnie de plumes, les pieds, les doigts, ainsi que leurs membranes, & les ongles sont rouges.

Le bec de cet Oiseau est d'une figure singulière. Le demi-bec supérieur est fort épais à son origine, il va ensuite en diminuant, & son extrémité est aplatie horizontalement; il est de plus courbé vers le bas au milieu de sa longueur: le demi-bec inférieur est beaucoup plus épais & plus large que le supérieur, sur-tout vers le milieu de sa longueur; & il est creusé en gouttière. Les bords des deux mandibules sont dentelés comme une lime. Lorsque l'Oiseau mange, il tourne son col & sa tête de façon que la partie plate du demi-bec supérieur touche la terre; ensuite il remue la tête de côté & d'autre; c'est ainsi qu'il se saisit de sa nourriture.

On le trouve en *Amérique*, & quelquefois sur les côtes Méridionales de *France*. La longueur de ses jambes ne lui permet pas de les placer dans son nid pendant qu'il couve; c'est pourquoi il fait son nid sur des petites éminences pla-

rubrum, in alteris luteum; in omnibus autem rostri extremitas nigra. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque rubri.

Rostrò singularis figuræ donatur hæc Avis. Mandibula superior est in exortu crassissima, deinde sensim atque sensim fit minus crassa, & ipsius extremitas est horizontaliter plana; est insuper mediam versùs longitudinem deorsum incurva: mandibula inferior superiore multò crassior & latior, præsertim versùs mediam ipsius longitudinem, & insuper canaliculata. Mandibulæ binæ sunt ad margines, limæ instar, denticulatæ. Dum Avis edit, collum, caputque ita contorquet, ut mandibulæ superioris pars plana terram attingat; dein caput utrinque motitat; & sic cibum arripit.

Habitat in *America*; quandoque in *Gallia* juxta maris littora Meridionalia versatur. Ipsiùs crura tantâ longitudine pollent, ut dum incubat, ea in nido collocare nequeat; & ideo supra monticulos in aqua sitos nidum

dum construit, eique insidet, cruribus, uno in uno latere, alio in altero, pendulis.

*Ex museo Realmuriano.*

cées dans l'eau, sur lesquelles il se pose, laissant pendre ses jambes, l'une d'un côté, l'autre de l'autre.

*Du cabinet de M. de Reaumur.*

SECTION II.

*Eæ quæ rostro donantur edentulo.*

**D**UO in illa sectione continentur genera Avium rostri formâ & longitudine à se invicem discrepantium. Aliæ enim rostrum habent gracile, longissimum, horizontaliter compressum, sursum arcuatum, ut *Avocetta*: aliæ rostro brevi & recto præditæ sunt, ut *Corrira*.

CXIV.

*Genus Avocetta.*

Hujus character est  
 Digiti quatuor, tres scilicet  
 antichi membranis integris  
 inter se connexi, posticus  
 solutus:

Crura circa corpus medium  
 & extra abdomen posita,  
 corpore longiora:

*Tom. VI.*

SECTION II.

*Ceux dont le bec est sans dentelures.*

**C**ETTE section contient deux genres d'Oiseaux, qui se distinguent entr'eux par la forme & la longueur de leur bec. Les uns ont le bec menu, très-long, comprimé horizontalement & courbé en arc en-haut, comme l'*Avocette*: les autres ont le bec court & droit, comme le *Coureur*.

CXIV.

*Le genre de l'Avocette.*

Son caractère est d'avoir  
 Quatre doigts, dont les trois  
 antérieurs sont joints ensemble  
 par des membranes entières,  
 & le postérieur est  
 séparé:

Les jambes avancées vers le  
 milieu du corps & hors de  
 l'abdomen, & plus longues  
 que le corps:

Yyy

Le bec sans dentelures, menu, très-long, comprimé horizontalement & courbé en arc en en-haut.

Rostrum edentulum, gracile, longissimum, horizontaliter compressum, sursum arcuatum.

Les Oiseaux de ce genre ont la partie inférieure des jambes dépourvue de plumes.

Hujus generis Avium crura in parte infima plumis deudantur.

\*\* I. L'AVOCETTE.

Voyez Pl. XLVII. Fig. 2.

Avocetta candida; capite superiore, colli superioris parte supremâ, tæniâ à scapulis ad uropygium, & fasciâ in alis obliquâ nigris; rectricibus candidis . . . AVOCETTA.

- Avocetta, Recurvirostra. Charlet. Exer. pag. 102. N°. VIII.  
 Charlet. Onomazt. pag. 96. N°. VIII.  
 Avocetta. Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen. 56. sp. 1.  
 Avocetta, Recurvirostra. Gesn. Avi. pag. 231. hujus icon non satis accurata pag. 232.  
 Avocetta Italis dicta. Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 288. hujus icon minus accurata pag. 287.  
 Avocetta Italarum. Jonst. Avi. pag. 90. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. 48; & insuper altera icon à Gesnero mutuata Tab. 54.  
 Recurvirostra albo nigroque varia. Faun. Suec. Linn. N°. 137.  
 Recurvirostra albo nigroque varia. Avocetta. Linn. Systh. Nat. ed. 10. Gen. 80. sp. 1.  
 Recurvirostra subtus alba, superne nigricans, pedibus cyaneis. Barr. Ornith. Class. 1. Gen. V. sp. 1.  
 Recurvirostra. Gesn. icon. Avi. pag. 93, in qua hujus icon non satis accurata.  
 Willugh. Ornith. pag. 240. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. LX.  
 Raj. Syn. Avi. pag. 117. N°. A. 1.  
 Marsil. Danub. Tom. V. pag. 72. hujus icon non satis accurata Tab. 34.  
 Recurvirostra, seu Avocetta Italarum. Rzac. Auc. Hist. nat. Pol. pag. 435.  
 Plotus recurviroster. Klein. Avi. pag. 142. N°. 1.  
 Trochilus. Moehr. Avi. Gen. 86.  
 Herle ou Harle, ou Avocetta des Italiens. Alb. Tom. I. pag. 87; avec une figure mal coloriée Pl. 101.

*Les Turcs l'appellent ZELUK. Gefn. KELUK. Aldrov.*

*Les Italiens, AVOSETTA. Willugh. Raj. Marfil. AVOSETTO; BECCO-ROELLA; BECCOSTORTO. Gefn. Aldrov. BECCOSTORTA. Marfil.*

*Les Italiens aux environs du Lac Majeur, SPINZAGO D'ACQUA. Gefn. Aldrov. Jonst. Charlet. Marfil.*

*Les Allemands, FREMBDER WASSER-VOGEL. Gefn.*

*Les Suédois qui habitent la Province d'Oeland, SKJAER-FLAECKA ou SIAER-FLAECKA. Linn.*

*Les Anglois, SCOOPER. Charlet.*

*Craffitie Vanellum multum superat. Ipsi longitudo ab apice rostri ad caudæ extremitatem unum pedem & quinque pollices explet, & ad extremos ungues unum pedem octo pollices & septem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque tres pollices & quinque lineas longum est; cauda tres pollices & totidem lineas; pars crurum plumis denudata duos pollices; pes tres pollices cum linea una; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & novem lineas, extimus octodecim lineas, intimus unum pollicem cum quinque lineis; posticus autem lineam unicam & tres quartas partes tantum. Alis expansis, extremitates majorum remigum duorum pedum trium pollicum & octo linearum intervallo distant; alæ verò complicatæ caudam extremam attin-*

Elle est beaucoup plus grosse que le *Vanneau*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'un pied cinq pouces, & jusqu'à celui des ongles d'un pied huit pouces sept lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a trois pouces cinq lignes de long; sa queue trois pouces trois lignes; la partie de ses jambes qui est dégarnie de plumes, deux pouces; son pied trois pouces une ligne; celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, un pouce neuf lignes, l'extérieur dix-huit lignes, l'intérieur un pouce cinq lignes; & celui de derrière une ligne trois quarts seulement. Il a deux pieds trois pouces huit lignes de vol; & ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au bout de la queue. La partie supérieure de la tête est noire: cette couleur s'étend sur la partie supérieure du col jusque vers la moitié de sa longueur. Les

côtés de la tête, la gorge, le reste du col & tout le corps sont d'un beau blanc; il y a cependant sur la partie supérieure du dos deux bandes noires, qui partent des épaules, s'étendent dans une direction oblique jusque vers le milieu du dos, sans se réunir, & s'en vont ensuite en droite ligne vers le croupion, en passant par-dessus les plumes scapulaires. Le reste des scapulaires est blanc. Les couvertures du dessus & du dessous de la queue, & celles du dessous des ailes sont de la même couleur. Les petites du dessus de l'aile, depuis son origine jusqu'au pli qui répond à celui du poignet, & toutes les moyennes sont noires; ce qui forme sur chaque aile une large bande oblique de cette couleur: les petites, depuis le pli de l'aile qui répond à celui du poignet jusqu'à son extrémité, & les grandes les plus proches du corps sont blanches: les grandes les plus éloignées du corps sont blanches à leur origine & terminées de noir. L'aile est composée de vingt-neuf plumes: la première est entièrement noire: les six suivantes, sçavoir depuis la seconde jusqu'à la septième inclusivement, sont blanches à leur origine, & noires dans le

gunt. Caput superius nigro tingitur colore: nigredo autem supra superiorem colli partem mediam versus longitudinem usque protenditur. Caput ad latera, guttur, reliquum collum, universumque corpus sunt eleganter candida; binæ tamen extant in parte dorsi suprema taniæ nigrae, à scapulis ortæ, medium versus dorsum obliquè productæ, nequaquam connexæ, & deinde secundum lineam rectam supra scapulares pennas ductæ, & versus uropygium extensæ. Scapulares in reliquis albiçant. Caudæ tectrices superiores & inferiores, & pennæ alas subtus obtegentes concolores. Superiores alarum tectrices minimæ, ab illarum exortu ad articulum carpo humano respondentem usque positæ, sicut & mediæ omnes, sunt nigrae; unde fit in utraque ala lata tania obliqua concolor: minimæ ab alæ articulo carpo humano respondente ad illius extremitatem usque, majoresque corpori viciniores candidæ: majores à corpore remotiores in exortu albæ, nigro terminatæ. Alarum component viginti novem remiges, quarum prior peni-



tus nigra : sex proximè sequentes, à secunda scilicet ad septimam usque inclusivè, sunt in exortu albæ, in reliqua longitudine nigræ, albedine eò majus spatium occupante, quò remix fit corpori vicinior : octava candida, maculâ nigrâ, in latere exteriori ad extremitatem positâ, insignita : octodecim proximè sequentes, à nona scilicet ad vigesimam sextam usque inclusivè, penitùs candidæ; vigesima sexta tamen pauco griseo-fusco interiùs notatur : vigesima septima ad exortum griseo-fusca, albo terminata : binæ tandem corpori finitimæ fuscæ, candidante in extremitate marginatæ. Sex remiges corpori viciniore maximâ longitudine pollent, & dum ala complicatur, majorum remigum extremitates ferè pertingunt. Duodecim rectricibus eleganter candidis cauda constatur. Rostrum nigrum, in mucronem valdè gracilem & flexibilem desinens. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, ex plumbeo colore cœrulescunt; ungues verò nigri. Juxta maris littora versatur. *Ex museo Realmuriano.*

reste de leur longueur, le blanc occupant d'autant plus d'espace, que la plume est plus proche du corps : la huitième est blanche, & marquée d'une tache noire, placée à son extrémité sur le côté extérieur : les dix-huit suivantes, sçavoir depuis la neuvième jusqu'à la vingt-sixième inclusivement, sont entièrement blanches ; la vingt-sixième a cependant un peu de gris-brun sur son côté intérieur : la vingt-septième est d'un gris-brun à son origine, & terminée de blanc : enfin les deux plus proches du corps sont brunes, & bordées de blanchâtre par le bout. Les six plumes de l'aile les plus proches du corps sont fort longues, & s'étendent, lorsque l'aile est pliée, presque aussi loin que les plus grandes plumes de l'aile. La queue est composée de douze plumes d'un très-beau blanc. Le bec est noir : il se termine en une pointe très-déliée & flexible. La partie des jambes qui est dégarnie de plumes, les pieds & les doigts, ainsi que leurs membranes, sont de couleur de plomb-bleuâtre ; & les ongles noirs. On la trouve sur les bords de la mer. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

*Le genre du Coureur.**Genus Corriæ.*

Son caractère est d'avoir  
Quatre doigts, dont les trois  
antérieurs sont joints en-  
semble par des membranes  
entières, & le postérieur est  
séparé :

Les jambes avancées vers le  
milieu du corps & hors de  
l'abdomen, & plus longues  
que le corps :

Le bec sans dentelures, court  
& droit.

Hujus character est  
Digiti quatuor, tres scilicet  
antici membranis integris  
inter se connexi, posticus  
solutus :

Crura circa corpus medium  
& extra abdomen posita,  
corpore longiora :

Rostrum edentulum, breve;  
rectum.

## I. LE COUREUR.

Corrira superne ferruginea, infernè alba; reſtrictibus binis  
intermediis candidis, apice nigris. . . . CORRIRA.

Corrira. *Jonſt. Avi. pag. III.*

Trochilus. *Jonſt. Avi. pag. 90. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. 48.*

Trochilus, vulgò Corrira. *Aldrov. Avi. Tom. III. pag. 288. hujus icon  
ſatis accurata pag. 289.*

Trochilus, vulgò Corrira Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag. 240.  
